



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117832**


Liber XXXVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)



HISTORIA  
ECCLESIASTICA.  
*LIBER XXXVI.*



GREGORIUS I. MAGNUS. PAPA.  
MAURITIUS IMPERATOR. AGILULPHUS  
REX.

§. I.

*Augustinus in Anglia.*

**A**ugustinus, totam Galliam emensus, tandem in Insulam Tanetos Cantio Magnæ Britanniae Provinciae adjacentem cum sociis ferme quadraginta appulit. Angli & Saxones Germaniae populi annis abhinc centum & quinquaginta

Sæculum VI.  
A. C. 597.

*Bed. Hist.*  
*L. I. c. 25.*

*ibid. c. 25.*

Sæculum VI. ginta a Britannis vocati, ut ipsis in bello adversus Scotos & Pictos auxiliarentur, in Angliam trajecerant; mox maiore Insulæ parte in suam potestatem redacta tria Regna fundarunt, atque illa ætate Cantium cœtera potentia superabat. In hac Provincia quatuor Reges sibi successerant, atque Ethelbertus numero quintus tunc in annum 36. impetrans, Regni sui fines usque ad Humbrum, † latissimum amnem, protulerat. Thori Consortem habebat illustrem Fretimam e Gente Francorum nomine Bertham Chariberti Regis Filiam. Hæc cum Christiana esset, & Rex Ethelbertus Infidelis, ea conditione ipsi fuerat desponsata, ut libere Christianis Sacris vacare liceret, quapropter Episcopum, cui nomen Luidardus, ex Patria adduxerat.

† Æstuarium  
Abûs.

Greg. Tur.  
IV. hist. c. 26.  
& IX. c. 26.

Igitur Augustinus, ubi in Insulam Tanetensem pervenit, ad Cantii Regem misit Interpretes Francos, quos S. Gregorii jussu viæ comites elegerat; nam Francorum, Anglorumque linguæ, cum Gens utraque ex Germania ortum traheret, haud multum divertebant, Augustinus vero solius Latinæ gnarus erat. Per hos ad Regem deferri rogavit, se Roma advenisse, ut nuncium optimum significaret, & gaudium æternum atque Regnum sine fine cum Deo vivo & ve-

ro adpromitteret. Jussit Rex, Romanos in Insula, in qua erant, subsistere, donec deliberasset, quid cum ipsis faciendum, & unde necessaria suppeditarentur, nam sæpe antea Reginam Conjugem de Religione Christiana loquentem audiverat. Haud diu post in Insulam Tanetos transmissit, & Augustinum sociosque adesse jussos, non intra limina, sed sub aperto cælo in conspectum admisit; quippe timebat, quod vetus Oraculum ediderat, ne, si viris in ædibus loqueretur, magicis artibus, & præstigiis deciperetur. Ipsi ad Regem accesserunt, bini procedentes, portantes Crucem argenteam & Imaginem Salvatoris in Tabella depictam, & cantantes Lytanas, quibus suam, eorumque ad quos veniebant, Salutem a Deo deprecabantur.

A Rege considerare jussi Religionem Christi ei & omnibus præsentibus prædicare cœperunt. Rex respondit: *Sermones elegantissimi & promissa magnifica! quia autem nova sunt & incerta, non possum assentiri, & illam Religionem deserere, quam tamdiu cum tota Gente Anglorum colui. Nihilominus quia exremota Regione venistis, & mihi videmini ea nobis communicare velle, quæ magis vera & meliora esse bona fide creditis, non modo nihil mali vobis inferam, sed optime habebo, & annonam necessariam*

Sæculum VI.  
A. C. 597.

Fides in Anglia prædicatur.

Sæculum VI. *viam præberi jubebo. Præterea non desistam proposito vestro. Docete & persuadete hominibus ut Sacra vestra sequantur, utcunque poteritis.* Itaque domum illis concessit in Civitate Dorvernien. Regni sui Metropoli, quæ exinde istam ob causam Cantuaria dicta fuit. Illi pro more suo illam Civitatem intrarunt bini & bini ambulantes, & concinentes. *Oramuste, Domine! quoniam Misericors es, ut auferas iram tuam a Civitate ista & a Domo ista, quia peccavimus, Alleluja!*

t. 26.

Cum hoc modo Sedem in urbe illa nacti essent, vitam Apostolorum & primitivæ Ecclesiæ imitantes, & jugiter orationi, vigiliis, jejuniis vacantes, omnes hujus Mundi illecebras contemnebant. Quæ docebant esse facienda, præmi faciebant, nihil nisi vitæ hominis necessaria ab iis, quos erudiebant, accipientes, omnia & ipsam mortem in testimonium Veritatis, quam prædicabant, ferre parati. Extra Civitatem, qua Orientem spectat, stabat Ecclesia in honorem S. Martini tempore, quo Romani Magna Britannia potiebantur, ædificata. In ea Regina orare consueverat, ibique Missionarii ab initio ad psallendum, eorandum, Missam celebrandum, prædicandum & baptizandum conveniebant; nam Anglorum multi in Viris Sanctis vitæ innocentiam & simplicitatem admirati

mirati atque Doctrinæ dulcedine capti Sæculum VI.  
 ad Fidem convertebantur. Ipse Rex A. C. 597.  
 vitæ eorum puritate & promissorum ma-  
 gnitudine, quæ pluribus Miraculis ful-  
 ciebantur, permotus credidit, & Sacro  
 Fonte ablutus est, cujus exemplum se-  
 quente populo numerus eorum, qui Cæ-  
 lestem Doctrinam accepturi veniebant,  
 in dies crevit, & plurimi conversi sunt.  
 Rex Fidelium numerum augeri gaude-  
 bat, sed nullam vim adhibebat, satis es-  
 se ratus, si majorem amicitia affectum  
 illis ostenderet, qui Fidem Christianam  
 suscepissent, utpote futuris in Regno  
 Cœlesti Sociis; quippe a Romanis Præ-  
 dicatoribus didicerat, neminem ad Jesu  
 Christi Servitum compelli debere. Il-  
 lis igitur in sua Metropoli locum Sedi  
 Episcopali erigendæ congruum & Redi-  
 tus sufficientes assignavit.

Interim Augustinus in Galliam reve-  
 ctus Arelate a Virgilio Archiepiscopo pro  
 Natione Anglorum Episcopus ordinatus,  
 & missa omni mora in Angliam rever-  
 sus plus quam decem Anglorum millia  
 in Festo Nativitatis Domini eodem an-  
 no 597. Indictione prima baptizavit. Greg. VII.  
 Inde Laurentium Presbyterum & Petrum ep. 30. Ind. 1.  
 Monachum Romam dimissos, S. Grego-  
 rio omnia sicut Cælo Auspice gesta erant,  
 referre, & quosdam Articulos, circa  
 quos mandata ejus exquirebat, tradere  
 jussit.

§. II.

Sæculum VI.  
A. C. 597.

§. II.

*S. Gregorii Epistola ad Brun-  
childem.*

VII. Ind. I.  
ep. 5.

**P**riusquam beata nuncia accepisset S. Gregorius, ampla Epistola ad Brunchildem Reginam data, gratias egerat pro charitatis officiis Augustino, quem jam tunc Episcopum vocat, exhibitus. Hæc Epistola mense Octobri. Indictione prima eodem anno 597. data est, & in eadem de quatuor aliis Articulis agitur. Primo dicit S. Gregorius placere sibi Reginae desiderium, pro Syagrio Episcopo Augustodunensi Pallium expotentis, & addit: *Ipse Imperator in hoc rem consentit, ut mihi Nuncius meus qui apud eum fuit, retulit; sed, quia illud darem, plura obstabant; qui Pallium accepturus venerat, Schismaticorum erroribus implicatus est; noluit, ut istius precibus tuis dari videretur; tandem Syagrius Pallium sibi concedi nunquam petiit, etsi antiqua consuetudine observatum fuerit, ut istud Sacerdotale ornamentum non nisi merentibus & instantissime rogantibus concederetur.* Hic conditiones ad obtinendum Pallium requisitas videmus, videlicet preces instantis, consensum Regis, imo & Imperatoris, quamvis Episcopus impetrans Imperio subjectus non esset. S. Grego-

rius Candidi Presbyteri, Patrimonii in <sup>Sæculum VI.</sup>  
Gallia Rectoris, curæ commisit, ut om- <sup>A.C. 597.</sup>  
nia ad conferendum Syagrio Pallium ne-  
cessaria ponerentur. Hoc negotium  
non prius quam elapso exinde integro  
anno confectum est.

Secundus Articulus in Epistola S. Gre- <sup>VII. Ind. 2.</sup>  
gorii ad Brunechildem ad reprimendas <sup>sep. 113.</sup>

Ordinationes Simoniacas tendit. Ter-  
tius respicit Schismaticos, qui sub præ-  
textu tuendi Concilium Calcedonense  
Disciplinæ Ecclesiæ se subtrahere cona-  
bantur, *Majorem in propria ignorantia  
ponunt fiduciam, inquit, quam in Aucto-  
ritate Universalis Ecclesiæ, (\*) & qua-  
tuor Patriarcharum. Cum vero illum,  
quem ad me misisti, interrogarem, cur ab  
Ecclesia separatus viveret, fassus est, id  
se ipsum ignorare, visusque est mihi nec  
illa, quæ ipse affirmabat, nec quæ respon-  
debantur, satis capere.* In Articulo quar-  
to agitur de Idololatriæ reliquiis tollen-  
dis, in Ditione Juvenum Regum adhuc  
existentibus; nam multi Christiani Ec-  
clesias frequentantes nihilominus etiam  
Dæmo-

(\*) His S. Gregorii Papæ verbis inest Argu-  
mentum, clava Herculeæ fortius, & quo tanquam  
gladio acuto omnium illorum, qui se aliquando  
ab Ecclesia Romano-Catholica separarunt, ar-  
gutiæ solvuntur.

*Hist. Eccles. Tom. VIII.*

Gg



Sæculum VI. Dæmonibus cultum, victimas Idolis imolando, Arbores venerando, & animalium capita sacrificando exhibebant. Idolorum hi Cultores verisimiliter in Germania frequentiores erant quam in Gallia, quippe Theodeberti Regnum multas Provincias ultra Rhenum positas complectebatur. At nihil cause est, cur miremur vel in Gallia vel in Germania Paganos tunc temporis reperiri, cum non nullas illorum reliquias etiam prope Romam superfuisse in Epistola S. Gregorii ad Agnellum Episcopum Taracinensem eadem Indictione prima mense Aprili anno 598. data legamus. Hortatur Episcopum Papa, ut magna cura perquirat, & severe puniat illos, qui arbores adorabant, aliisque ejusmodi superstitionibus polluebantur, addens, scripsisse se ad Maurum Vicecomitem, ut Episcopum in hoc pio conatu operam adjuvet. Fortasse a vero non aberraret, qui hos Deorum Cultores in Italia ex Gente Longobardorum fuisse crederet.

## §. III.

*Epistola ad S. Eulogium Alexandrinum.*

Sanctus Gregorius acceptis de Conversione Anglorum Epistolis, optatissimum nuncium S. Eulogio Patriarchæ Alexandrinum.

Alexandrino, quocum ei Epistolarum Sæculum VI.  
 commercium intercedebat, communi- A. C. 598.  
 cavit. Data est hæc Epistola circiter  
 mense Julio Indictione prima anno 598.  
 cujus istud est exordium: *Tabellarius VII. ep. 30.*  
*ægotantem me invenit, cum tuas reddi-*  
*dit, & abiens ægotantem reliquit. Non*  
*parum tamen cum morbis conflitantem*  
*allata de Conversione Hæreticorum nun-*  
*cia refecerunt; atque ut tibi vices jucun-*  
*das reddam, certiores facio, me ad Gen-*  
*tem Anglorum, quæ huc usque in Infide-*  
*litate permanserat, ligna & lapides ado-*  
*rans, misisse ex Monasterio meo Mona-*  
*chum, eumque ab Episcopis Germaniæ,*  
*data a me facultate, Episcopum ordina-*  
*tum, ad istam Nationem in extrema or-*  
*bis parte positam fuisse deductum. Nunc*  
*autem litteras accepimus, ejusdem labo-*  
*res apostolicos feliciter successisse; tot*  
*enim ipse & Socii ejus miracula edunt,*  
*ut Apostolorum æmuli videri possint. Re-*  
*latum est ad nos hunc novum Episcopum*  
*in Festo Domini Natali ultra decem mil-*  
*lia Anglorum fonte salutari abluisse.*  
*Hæc tibi ideo scribo, ut preces tuas a Deo*  
*exaudiri cognoscas. Hic S. Gregorius*  
 Regnum Franciæ Germaniam dicit, sive  
 quod Regnum Francorum non modicam  
 Germaniæ partem complecteretur, sive  
 quod Franci essent Natione Germani.

Sæculum VI.

A. C. 598.

Tum S. Gregorius loquens de Trulo  
 gius Episcopo Constantinopolitano non  
 amplius tribuebat, amice queritur, quod  
 ad se scribens Eulogius diceret: *Sicut  
 mihi præcepisti. (\*) Rogo te, inquit S. Pater  
 tifex, omitte vocabulum, præcepisti, quod  
 ego sum, & quis tu scis, scio. Ordine  
 Dignitate Frater meus es, virtute autem  
 Pater esse potes. Nihil tibi præcepi, sed  
 id solum monui, quod utile esse videbatur,  
 & ne istud quidem exacte observaretur,  
 quippe dixeram, ne illum superbia titu-  
 lum nec mihi nec cuiquam alteri tribue-  
 res, & nihilominus in Epistola tua re-  
 ordio istud nominis mihi dedisti. Ut  
 nam virtute non nomine a cæteris discer-  
 nar, recuso honorem, qui Fratribus me-  
 contumeliam ferret. Mittamus coe-  
 quæ animum inflant, & charitatem la-  
 dunt.*

In alia Epistola sub idem tempus scri-  
 pta S. Gregorius ad S. Eulogium dicitur  
 VII. ep. 29. *Petiisti a me, ut omnium Martyrum  
 & ab Eusebio Cæsariensi collecta tibi mittere-*

(\*) Interim S. Eulogius Alexandrinus Pa-  
 triarcha Testis est irrefragabilis, non tantum Episcopus  
 Occidentis, ut Interpres noster Proterostans fabulatur,  
 Episcopum Romanum tanquam Superiorem & Præpositum  
 suum, quem præcipere cæteris oporteret, fuisse veneratos.

terem; sed antequam id ex Epistola tua Sæculum VI. A.C. 598.  
 cognovissem, nesciebam illa fuisse collecta,  
 & gratias tibi debeo, quod istud me edo-  
 cueris; nam exceptis Actis Martyrum,  
 quæ in Libris ejusdem Eusebii continen-  
 tur, nulla alia me conscio nec in Tabulis  
 nostræ Ecclesiæ, nec in Bibliothecis urbis  
 Romanæ adsunt præter pauca in uno Vo-  
 lumine collecta. Habemus Nomina om-  
 nium ferme Martyrum in singulos dies  
 distributa in unum Librum collata, &  
 singulis diebus Missas ad eorum honorem  
 celebramus. At volumen istud nos Pas-  
 sionis eorum adjuncta non docet, solummo-  
 do Nomen, locus, & Martyrii dies notan-  
 tur. Nempe Liber iste nihil aliud erat Vid. Vales. dissert. in fin. Euseb.  
 quam Calendarium aut Martyrologium;  
 atque ex hoc S. Gregorii testimonio di-  
 spicitur, quam fidem mereantur Acta,  
 quæ hodie sub Titulo: Martyres Eccle-  
 siæ Romanæ, qualia sunt S. Clementis,  
 S. Laurentii, S. Sebastiani, habemus.

## §. IV.

*Pax cum Longobardis.*

Jam diu S. Gregorius ad procurandam  
 cum Longobardis pacem omnem co-  
 natum adhibuerat; non enim hanc Gen-  
 tem illata vi frangi volebat, dicitque in  
 una epistolarum suarum: *Si Longobar-* VIII. ep. x.  
*dos cædibus deleri cupissem, huic Nationi Ind. I.*  
*bodie nec Reges, nec Duces, nec Comites*  
*G g 3                      essent,*

Sæculum VI *essent, & in se ipsa divisa torperet.* *Se*  
A. C. 598. *quia Deum timeo, cuicumque denuo be-*  
*mini mortis causa esse nolo.* Quamdiu  
 Romanus Exarchus in vivis fuit, pa-  
 iniri non potuit; eam enim respuebat  
 & S. Gregorii Consiliis nunquam non  
 adversabatur.

*V. ep. 29.* Quadam nocte Romæ affixa Schedæ  
 illi, qui pacem optabant, laceffebantur  
 & Castorius Notarius, cujus opera Papa  
 ad tentanda fœdera usus fuerat, pro-  
 scindebatur, quippe Adversarii non so-  
 lum publice, sed etiam occultis artibus  
 Papæ, reducere pacem adlaboranti, se  
 opponebant. S. Gregorius Missa Re-  
 vennam Epistola ad Episcopum, Cleri-  
 cos, & Populum directa Schedæ illius  
*V. ep. 30.* Auctori, vel audaciæ conscio, denunciavit  
 nisi nomen suum manifestet, & quæ  
 scripsit, probet, Communione Corporis  
 & Sanguinis Jesu Christi esse privatum  
 & si tamen adeo improbus sit, ut com-  
 municare audeat, eundem Anathemate  
 percutit, & a corpore Ecclesiæ rescindit.  
 Hæc Epistola mense Aprili Indictionis  
 decima quarta anno 596. data est, quæ  
 que Excommunicatio hominis ignoti me-  
 moria digna.

Cum Romanus decessisset e vita  
 Callinicus suscepto Exarchi munere, pa-  
 cis fœdera in præstitutum tempus de-  
 ratura, id est, inducias, cum Agilulpho  
 Rege

Rege pepigit. Tunc agebatur annus Sæculum VI.  
A. C. 598.  
598. atque Probus Abbas, qui a Papa A. C. 598.  
missus jam diu apud Agilulphum versa- Paul. Diac.  
Lib. IV. hist.  
batur, cum ipso Induciarum tempus & c. 13.  
Greg. IV.  
ep. 2. ind. 2.  
conditiones constituit. S. Gregorius da- VII. ep. 41.  
42. ind. 2.  
tis litteris ad Regem & Theodelindam  
Reginam Conjugem ejus, quæ ad opus  
salutare haud exiguam operam contule-  
rat, Gratias egit, quod ad fœdera ma-  
nus dedissent, cumque Rex per suos a-  
pud Pontificem instaret, ut Pactis sub-  
scriberet, (\*) id a se amolitus est Papa,  
ne si conditiones violarentur, quod fa-  
cile futurum ominabatur, culpam in se  
recipere videretur; sed Auctoritatem  
conservaret, qua, ubi novæ rixæ exortæ  
fuissent, inter Regem & Exarchum pa-  
cis Conciliator existeret; obtulit tamen,  
consensurum se, ut aliquis Episcoporum  
aut Archidiaconorum subscriberet.

S. Gregorius accepto Pacis nuncio  
rem illico perscripsit Januario Episcopo  
Calaritano, qui S. Gregorium, ut idem VII. ep. 2.  
Ind. 2.  
sagaciter præviderat, certiolem fecerat,  
a Longobardis Sardiniam vastari. *Scito  
jam, inquit, Abbati quem a longo jam  
tempore ad Agilulphum misimus, cum  
ipso de pacis conditionibus convenisse.*

Gg 4 Itaque

(\*) Ad hunc locum observat Cardinalis Baro-  
nius, cum Sacerdotio Christi conjunctam Regiam  
Potestatem.

Sæculum VI. *Itaque ab hostium insultibus ubique volu-  
A. C. 598. cavete, donec pacis tabulæ confecta fue-  
rint, ne hostes isto intervallo ad insidias  
parandas utantur.*

§. V.

*Monita Januarii Calaritano data.*

II. ep. 34. **T**um S. Gregorius ad rem aliam con-  
versus in eadem Epistola ob admis-  
sam culpam, quam jam semel ante in eo  
reprehenderat, Januarium acriter ob-  
jurgat. Erat Januarius senex, simplex  
imbecillus, & facile ad iracundiam mo-  
bilis. Quamvis artem nesciret Cleri-  
cos suos in Officio continendi, injurias  
tamen impatientissime ferebat, ita ure-  
tiam non nunquam ad vim adhibendam  
malis consiliis incitari se sineret. Ig-  
tur aliquando in hominem privatum ab-  
modum commotus Die Dominica mane  
e suis aliquos misit, qui illius messem  
contererent, & terram aratro fulcarent.  
tum Missa celebrata se ipsum illo con-  
ferens positos ejusdem agri terminos to-  
rui jussit. Hæc narrantibus S. Grego-  
rius fidem habere non poterat; cum vi-  
ro Cyriacus asseveraret, rem ita se ha-  
bere, ad Januarium scripsit in hunc mo-  
dum: *Etiam hac vice parco canis tuus  
& exhortor te, infelix Senecio! ut  
tandem respiscas, & quæ ex animi levi-  
tate peccasti, emendes. Quo propior mor-*

VII. ep. I.  
ind. 2.

ti es, eo magis Dei Judicium tibi timendum. Graviore animadversione digna est culpa tua, sed simplicitati tuæ & senectuti aliquid hac vice dandum, & dissimulandum esse existimamus; illos vero, quorum consilia secutus es, in duos menses excommunicatos esse jubemus.

S. Gregorius cum sine dubio emendationis indicia haberet, in altera Epistola mitius cum ipso agit, & mali originem repetens ait: *Memento, cum Episcopus factus es, te non curam rerum temporalium suscepisse, sed Regimen animarum. Id igitur unice tibi cordi sit, ut salutem tuorum consulas. De cetero scias, hæc mea monita non ex amaro animo, sed charitate fraterna proficisci, ne forte coram Deo nihil nisi inane Episcopi nomen exhibere valeas, quod tibi majoris damnationis causa esset.* Hæ Epistolæ ad Januarium Calaritanum mense Sept. Indictione secunda anno 598. datæ sunt. Elapso exinde quinquennio anno 603. Indictione sexta exeunte adhuc in vivis agebat, sed adeo infirmus, ut rebus gerendis impar esset; hinc S. Gregorius data ad Vitalem Defensorem, suum in Sardinia Mandatarium, Epistola præcipit, ut Oeconomum & Archipresbyterum Ecclesiæ Calaritanæ in illa Insula Nosocomiorum curam, quæ negligebatur, in se suscipere juberet.

G g 5

De

II. ep. 59.



Sæculum VI. *De Ecclesiis Vacantibus*, inquit in illa Epistola, ad Fratrem nostrum Januarium scripsimus, ut illis Episcopos det, ea tamen conditione, ne omnes ex sua Ecclesia ad id muneris eligat, tunc enim illa civitas sibi utilissimis privaretur. Qui aliquam culpam admiserunt, cum essent Monachi, non constituentur Abbates, nisi post peractam pœnitentiam; nihilominus, si sincera fuerit emendatio, munus suum servare possunt.

Scripsisti quoque, Fratrem nostrum Januarium, sæpe tempore, quo Sacrificium celebrat, tanta dolorum vi premis, ut vix post moram longam interruptam Canonem profèqui valeat; hinc aliqui dubitare, an illud, quod consecravit, sumere liceat. (\*) His respondendum, ut sine animi hæsitatione communicent, quia celebrantis infirmitate Sacri Mysteriorum Benedictio non profanatur. Sed Frater noster privatim monendus est, ut quando male habet, in publicum non prodeat, ne despicabilem se reddat, & pusillis scandalum det.

S. VI.

(\*) Supervacaneum & ridiculum fuisset hoc dubium, nisi Fideles credidissent, per Verba consecrantis Sacerdotis sub speciebus panis & vini revera Christi Corpus & Sanguinem poni, & non poni, nisi Sacerdos verba Consecrationis rite pronunciaret.

## §. VI.

Sæculum VI.  
A. C. 598.*Schismaticorum Resipiscentia.*

Episcopus Capritanæ Insulæ, quæ hodie Caorla dicitur, in Sinu Veneto sita, Istriæ Schismate implicitus, & cupiens cum populo suo ad Ecclesiam Romanam redire, in hunc finem Callinico Exarcho Libellum obtulit; obsistebat vero Justinus Schismaticus, cujus magna erat apud Exarchum Auctoritas. Is Justiniani consilio impulsus Papæ misit descriptum Exemplar Mandati Cæsarei, sub initium Pontificatus ejus editi, quo jubebatur Schismaticorum pacem non turbare. Igitur Episcopus perverti se passus, nolebat jam Ecclesiæ Romanæ conjungi, at populus in proposito constans Legatos ad Papam misit, qui alium sibi dari Episcopum peterent. Quamobrem S. Gregorius Callinico Exarcho scripsit in hunc modum: *Excellentiam tuam considerare oportuisset, in illo Mandato (ut taceam, quod subreptitie impetratum fuerit) non tibi præcipi, ut ad Ecclesiam redire volentes rejicias, sed tantum ne nolentes compellas.* Exarchum deinde rogat, ut Justinum, nisi Schisma abjiciat, a consiliorum suorum communicatione arceat. Simul Pontifex ad Marinianum Episcopum Ravennatensem dedit Epistolam, jubens eum, Episcopum

Sup. Lib. XXXV.

S. 13.

VII. ep. 9.

ind. 2.

VII. ep. 10.

Capri-

Sæculum VI. Capritanum exhortari, ut se Ecclesiæ  
 A. C. 599. Catholicæ & Populo suo jungat; Si re-  
 cuset, subdit S. Gregorius, in illum lo-  
 cum Episcopum ordina, & Insulam illam  
 Ecclesiis tuæ Provinciæ accense, donec E-  
 piscopi Istriæ ad unitatem redierint.  
 Exarchum roga, ut hæc ad Imperatorem  
 perscribat. De his etiam ad Anatolium  
 scripsi. Erat is Pontificis Nuncius in  
 Aula Constantinopolitana. Epistola ista  
 mense circiter Octobri anno 599. Indi-  
 ctione secunda scripta.

Sup. Lib.  
 XXXV.  
 §. 48.

Eadem Indictione circa mensem Ju-  
 nium anno 599. S. Gregorius data ad  
 VII. ep. 68. Anatolium Epistola jubet eum, quibus-  
 cunque posset modis, juvare viros, qui  
 Schisma Istriæ relinquendi animo Con-  
 VII. ep. 94. stantinopolim profecti fuerant. Scripsit  
 95. 96. præterea ad quosdam viros potentes,  
 atque inter alios ad Gulsarum Longo-  
 Paul. VI. bardum & Ducem Tarvisinum, qui pro  
 hist. zelo movente Schismaticos ad Ecclesiam  
 reducere satagebant. Scripsit item ad  
 Romanum Ecclesiæ Romanæ in Sicilia  
 Defensorem, exhortans, ut quibusdam  
 VII. ep. 97. Istris Episcopum suum ad Ecclesiam re-  
 dire cupientem adituris subsidia neces-  
 saria suppeditaret, & in omnibus ipsum  
 Episcopum adjuvaret, imo & impensas  
 in se susciperet, si ille iter usque Romam  
 aggredi pararet. Cum Istrorum aliqui  
 Romam venissent, ibique Schisma abje-  
 cissent.

cissent, Papa illos dimittens dedit Epi-  
 stolas commendatitias ad Callinicum  
 Exarchum & Marinianum Episcopum Ra-  
 vennatensem directas monens, ut cave-  
 rent, ne ob suam Conversionem male  
 haberentur, sed alii videntes, conversos  
 potentium virorum Patrocinio tutos esse,  
 pariter ad abjurandum Schisma invita-  
 rentur. Duobus antea annis factum le-  
 gimus, S. Gregorium cuidam nomine  
 Joanni, qui Schismati Istrorum renuncia-  
 verat, pensionem annuam concessisse.

Cum Constantius Episcopus Medio-  
 lanensis Clericos Comenses hortaretur,  
 ut ad Ecclesiam redirent, responderunt,  
 se tam male a Catholicis haberi, ut  
 prorsus nullum desiderium subire posset,  
 se ipsorum Ecclesiae jungendi; *Multi  
 Catholici, inquebant, Bona nostra inju-  
 ste retinent, & Romana etiam Ecclesia  
 agros nostros invasit.* S. Gregorius rem  
 hanc a Constantio per litteras edoctus  
 respondit: *Si Dominium fundi illius ad  
 ipsos pertinet, volumus, ut ipsis restitua-  
 tur, etiamsi ad unitatem Ecclesiae non re-  
 deant; & si redeant, eundem ipsis dono  
 damus, etiamsi illum nullo jure repo-  
 scere possent, ut omnem hominibus his  
 prætectum in Schismate perseverandi  
 auferamus.*

Sæculum VI.  
A. C. 599.

§. VII.

*Schisma Salonense durat.*

Sup. XXXV.  
§. 36.  
VII. ep. I.

Maximi Salonensis contumacia elapso jam quadriennio necdum frangi potuerat. Cum ad S. Gregorium Papam fuisset relatum, Maximi jussu litteras suas, quibus prohibuerat, ne Officio Episcopali fungeretur, publice fuisse laceratas, ad Sabinianum tunc temporis Nuncium suum Constantinopoli morantem hac de re scripsit in hunc modum: *Non nescis, quantum rei indignitate commovear, quoniam potius mortem subire paratus sum, quam tolerare, ut me vivo S. Petri Sedes deprimatur. Nota tibi est indoles mea, & longa in adversis patientia; hæc vero fatigata, ubi semel nihil amplius ferre statutum est, in extrema pericula imparviro. Retulerunt mihi, Maximum misisse unum ex Clericis suis, qui deferret, Malcum Episcopum ob pecuniam, quam debebat, in carcere fuisse interfectum. Ad hæc istud unicum Imperatori dices; si ego manus meas Longobardorum sanguine sedare voluissem, hæc Gentem hædie nec Regem, nec Ducem habituram fuisset. Malcus Episcopus nec carceri datus fuit, nec ullatenus male habitus; sed illa die, qua judicatus fuit, & condemnatus, eum Bonifacius Notarius in Domum suam me ignaro deduxit; ibi prandio accubuit, honeste*

*boneste habitus est, & illa nocte subito ex-*  
*piravit. Hic est ille Malcus, qui, post-*  
*quam in Dalmatia non ea, qua par erat,*  
*fide Patrimonium rexisset, in Sicilia Epis-*  
*copus creatus fuit.*

Sæculum VI.

A. C. 599.

Sup. XXXV.

§. 36.

Maximus cum sæpe a Papa citaretur, ut Romam veniret, & factorum suorum rationem redderet, diu multumque tergiversatus tandem petiit, ut Papa Salonam mitteret Delegatum, coram quo objecta diluere posset, audebatque affirmare, id ab Imperatore fuisse præceptum. Ad hæc S. Gregorius respondet: *Nulla alia ad nos mandata pervenerunt, quam ut te huc ad nos vocaremus; licet vero etiam aliqua alia per subreptionem obtenta fuissent, nihilominus, cum tamen nobis Imperatoris zelus & Reverentia in Canones perspecta sit, quod Muneris nostri est, intrepide faceremus. Illam autem culpam, ob quam tantopere times, ne a nobis puniaris, videlicet quod absque nostro consensu ordinari sustinueris, quamvis intolerabilis sit, remittimus tamen secundum Imperatoris Mandatum, si modo imposterum te morigerum ostendas. Sed alia de te ad nos delata fuere, quæ a nobis necessario examinanda sunt. Tum iterum prohibet, ne Missam celebret, & Romam intra triginta dierum spatium venire jubet, viam obstruens omnibus excusationibus, quas allaturus videbatur,*

tur,

Sæculum VI. tur, quod a Magistratibus a militibus aut  
 A.C. 599. populo itineri se dare non sineretur.

V. ep. 26.

S. Gregorius simul Clericis & viris  
 nobilibus Civitatis Salonensis scribens  
 dicit: *Miror, quod in tanto numero Cle-  
 ricorum & tantæ populi multitudine vir-  
 duos viros invenire fuerit, qui a Com-  
 munione Maximi abstinerint, & Chris-  
 tianos se esse meminerint, videlicet Pau-  
 linum Episcopum & Honoratum Archi-  
 diaconum; quia tamen erga vos Miseri-  
 cordiæ viscera gerimus, & scimus, non  
 nullos ad communicandum cum ipso vi-  
 compulsos fuisse, oramus Dominum Omni-  
 potentem, ut vos ab omnibus peccatis ve-  
 stris & alienis absolvat.* Ita S. Grego-  
 rius inhærens antiquæ Disciplinæ, a S. Au-  
 gustino traditæ, ad corrigendam multi-  
 tudinem solum hortatum sine ulla Cen-

Sup. L. XX. sura adhibet. Hæ duæ Epistolæ mense  
 S. 46. Martio Indictione decima quarta anno  
 596. datæ.

Eodem anno mense Julio S. Grego-  
 rius eadem mente scripsit ad Clericos  
 I. ep. 48. & populum Civitatis Jaderæ seu Zara  
 in Dalmatia, cujus pars una Maximi  
 Communionem rejecerat, pars altera  
 amplexa fuerat. Ex numero Commu-  
 nionem illius amplectentium erat eorum  
 Episcopus Sabinianus; at postea relicto  
 Maximo eundem tam vehementis erroris  
 hujus poenitentia subiit, ut se Episcopatu  
 abdic-

abdicare, & intra Monasterii claustra cul-  
 pam eluere vellet. Ad eum S. Grego-  
 rius scribens dicit; quod ipsum in suam  
 Communionem & Paternum affectum  
 recipiat, hortaturque, ut gregis sui cu-  
 stodiam non dimittat, sed omnibus viri-  
 bus illos, qui a Communione Ecclesie  
 fuissent separati, reducere adlaboret.

Sæculum VI.  
 A. C. 599.

VII. ep. 12.  
 ind. 1.

§. VIII.

*Maximus Salonensis subicitur.*

Conjicere pronum est, Maximum Sa-  
 lonensem in sua pervicacia a Roma-  
 no Exarcho, viro Summo Pontifici in-  
 fenso, non parum fuisse confirmatum,  
 cum sub ejus Successore Callinico victas  
 manus dederit. Hac de re S. Gregorius  
 ad Marinianum Ravennatensem circiter  
 mense Nov. anno 598. Indictione secun-  
 da scripsit in hunc modum: *Callinicus  
 Exarchus scribere ad me non cessat, ut  
 Maximo ignoscam. Ejus frequentissimis  
 Epistolis fatigatus, quid aliud facere po-  
 tui, quam hanc Causam ad te delegare?  
 Si igitur Maximus se tibi submittat, Ho-  
 noratus quoque ejusdem Ecclesie Archi-  
 diaconus ad idem Judicium deducatur, ut  
 cognoscere possis, an Maximus legitime  
 ordinatus fuerit, an Simonice, vel Impu-  
 dicitie reus sit, an ignoraverit, se fuisse  
 excommunicatum, quando Missam cele-  
 brare ausus est, & tunc, quod tibi coram*  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. Hh Deo*

VII. ep. 10.  
 ind. 2.



Sæculum VI. Deo visum fuerit, decernes, nos vero *judicium tuum ratum habebimus.* Si *fuisse*

*tasse Exarcho suspectus sis, Venerabilis Frater noster Constantius Episcopus Mediolanensis Ravennam advocetur, & tecum in Judicio sedeat. Ceterum certissimis, me Sententiæ vestræ, quam*

VII. ep. 69. *pronunciaveritis, accessurum.* Eadem de re etiam ad Constantium Mediolanensem scripsit.

VII. ep. 81. Cum Maximus Ravennam venisset, S. Gregorius illuc misit Castorium Ecclesiæ Romanæ Chartularium cum hoc mandato: *Si Maximus, Judice id poscente, coram Corpore S. Apollinaris ob objecta sibi Simonia aliisque criminibus juramento se purgaverit, & ob inobedientiam pœnitentiam subierit, eum consolaberis tradita Epistola, quam scripsimus. Id vero urgebis maxime, ne contra Sabinianum Episcopum Zaranum, contra Honoratum Archidiaconum, aliosque, qui S. Sedem adierunt, in animo vinculam coquat.* Papa Mariniani arbitrio relinquebat modum Pœnitentiæ, quæ ipsi injungenda erat, quod Missam excommunicatus celebrasset. Epistolæ hæc mense Julio Indictione secunda seu anno 599. datæ sunt.

Postquam Castorius Ravennam pervenit, & quid sibi demandatum fuisset exposuit, Maximus Salonensis super pœnitenti-

vimento in medio Civitatis prostratus clamabat: *Peccavi in Deum & in Beatum Papam Gregorium!* Cumque in isto Pœnitentium habitu tribus horis perseverasset, Callinico Exarcho, Castorio Chartulario & Mariniano Episcopo accurrentibus, ipse surgens iterum coram omnibus veræ Pœnitentiæ signa edidit. Tum ad Corpus S. Apollinaris perductus juravit, innocentem se esse in iis omnibus, quæ sibi de amore mulierum & Simonia fuissent objecta. Istud profitenti Castorius Papæ Epistolam reddidit, qua eundem ad suam Communionem tanquam carissimum Fratrem recipiebat, & Pallium concedebat, si Delegatum, ut consuetudo postulabat, ad illud petendum mitteret, addiditque, ipsum Callinico Exarcho gratias sane maximas debere. Castorium Romam redeuntem comitatus est aliquis ex Diaconis Maximi, qui omnia, sicut acta erant, retulit, Palliumque accepit cum Epistola ad Maximimum data, in qua Papa sibi omnino satisfactum fuisse dicit, atque hortatur, ut cum Sabiniano Episcopo, Honorato Arenidiacono, & Clerico, nomine Messiano, qui Romam confugerat, sincere in gratiam rediret. Hoc modo Causa ista septimo Cal. Sept. Indictione secunda id est 26. Aug. anno 599. finita.

Sæculum VI.  
A. C. 599.

VII. ep. 130.

H h 2

§. IX.

Sæculum VI.  
A. C. 599.

§. IX.

*Litteræ ad Serenum. Imagines.*

VII. ep. 110. **H**oc anno 599. S. Gregorius misso in Galliam Cyriaco Monasterii sui Romani Abbate Synodum celebrari iussit. Cum proficiscenti in Galliam per Massiliam iter esset dirigendum, dedit ei Episcopum illius Civitatis Serenum epistolam commendatitiam, in qua etiam dicit: *ad notitiam meam pervenit mecum abhinc tempore, te, cum imagines in Ecclesia a quibusdam adorari videres, illas confractas projecisse. Laudo zelum tuum quo impedire vis, ne, quæ hominum manibus facta sunt, adorentur; mihi tamen videtur, imagines istas a te præter factas & æquum fuisse confractas. Nam imagines depinguntur in Ecclesia eo consilio, ut illi, qui litteras nesciunt, in portis conspiciant, quod in libris legere non possunt. Consultius ergo egisses, si illas confraxisses, & prohibuisses, ne populus adorando picturam peccaret. Verisimile est has imagines, sicut antiquas plerasque in ligno fuisse depictas.*

Serenus nullam hujus Epistolæ rationem habuit, & ad S. Gregorium rescripsit, quasi dubitans, an ea ex ipsius volumine fluxisset; atque ad illud rescriptum S. Gregorius anno sequente 600. sub Indictionis quartæ respondit in hæc verba

verba: *Cyriacus Abbas, qui litteras meas detulit, suspectus tibi esse non merebatur.* Sæculum VI.  
A.C. 599.

Et deinde de Imaginibus confractis loquens: *Edic, Frater mi! an unquam ante audivisti, Episcopum ejusmodi aliquid fuisse molitum? an non hæc sola cogitatio te ab hoc facto abstervere debuisset, ne solus pius & solus sapiens contempto Fratrum tuorum exemplo esse videreris? ajunt, te destruendo illas Imagines populo tuo usque adeo scandalum creasse, ut pars major a tua Communione recesserit. Illi, qui recesserunt, a te convocandi sunt, & docendi, prohibente S. Scriptura non esse licitum adorare opera hominum. Tum addes, cum videres usum legitimum istarum Imaginum in Idololatriam (\*) converti, rem pessimam indignatum illas destrui jussisse. Et dices: si vero in Ecclesia Imagines habere cupitis ad eruditionem vestram, in quem finem antiquitus introductæ sunt, id lubenti ani-*

H h 3 mo

(\*) Unser Protestant hat in diesem Orte die Worte des Fleury unrichtig gegeben, nämlich que voiant l'usage des Images tourné en adoration. Daß der rechtmäßige Gebrauch der Bilder in eine Verehrung derselben ausarte. Das Wort Verehrung ist untauglich das Wort Adoration oder Idololatria auszudrücken. Allein er hat hier wollen zum Schimpfe der Katholicken den Ausdruck Verehrung und Anbetung verwechseln.

Sæculum VI. mo permittam. Ita irratatos mitigabis,  
A.C. 599. & ad unitatem reduces. Si quis Imagines  
 facere voluerit, non impedias, sed solum probibeas, ne illas adoret. Historia  
 depictæ aspectu populus ad compunctionem  
 cordis moveatur, sed ad solam S. Tri-  
 nitatem adorandam prosternatur. Hac  
 omnia tibi scribo, non zelo tuo quidquam  
 detracturus, sed quia Ecclesiam amo, &  
 ut ad implendum Episcopi munus animus  
 tibi addam.

## §. X.

## Cyriacus in Galliam missus.

*Sup. XXXV.* Cyriacum Abbatem in Galliam mittere  
 45. XXVI.2. di causa fuit, ut tollerentur abusus,  
 VII. ep. III. quos S. Gregorius ad S. Virgilium Arelatensem,  
 & Brunehildem Reginam scribens reprehenderat. Hunc etiam in  
 nem Papa Epistolam circularem ad quatuor  
 Episcopos, qui in Galliis præcipue habebantur,  
 Syagrium Augustodunensem, Etherium Lugdunensem,  
 Virgilium Arelatensem, & Desiderium Vien-  
 nensem dedit. Relatum est ad me, inquit,  
 quod in Gallia Sacri Ordines Simoniacè  
 conferantur. Qui ita ordinantur, Sacerdotii  
 honores quærunt, non onera & officium;  
 inde etiam sequitur, illum solum neglecto  
 morum examine, dignum Sacro Ordine existimari,  
 qui pecuniam offert, cum tamen eo ipso tanquam  
 imbutus

indignus repellendus esset. Sicut ille, qui <sup>Sæculum VI.</sup>  
 refugit, si ab aliis dignus judicetur, ad <sup>A. C. 599.</sup>  
 Altaris Ministerium trabendus est, ita  
 econtra procul arcendus, qui se ipsum in-  
 trudit. Qui emit Altaris Officium, il-  
 lud postea vendit, immemor Verbi Di-  
 vini: gratis accepistis, gratis date. Quos <sup>Matth. 10.</sup>  
 dam Dæmon falsa Pietatis specie decipit, <sup>v. 8.</sup>  
 dum persuadet, ut e divitum manibus ac-  
 cipiant, pauperibus distribuenda; sed E-  
 leemosyna non est, bona male acquisita in  
 pauperes spargere, nec est opus alicujus  
 meriti, pecunia ex Ordinationibus acce-  
 pta Monasteria aut Hospitia ædificare.  
 Aliud est Eleemosynam dare, ut peccata  
 nostra deleamus, & aliud peccare, ut ha-  
 beamus, unde Eleemosynam largiamur.

Illud quoque retulerunt, quosdam am-  
 bitione impulsos sibi capillos abscindere,  
 quamprimum audierunt, aliquem Episco-  
 pum vita functum esse, & subito ex Lai-  
 cis Episcopos fieri. Quomodo digne præ-  
 esse poterunt gregi suo, qui Magistri Ca-  
 thedram invadunt, priusquam fuerint Di-  
 scipuli? ut ut magna sint viri Laici me-  
 rita, prius tamen per distinctos Ordines  
 in omnibus officiis Ecclesiasticis exercite-  
 tur. Scriptum est, Diaconos primum  
 probandos esse, & sic ministrent, quan- <sup>1. Tim. 3. 10</sup>  
 to magis illum, quem preces pro Populo  
 offerre oportet? nulla ergo excusatio lo-  
 cum habet ad eludendum præceptum S. Pau-  
 li pro-

Sæculum VI. *li probibentis, ne Neophytus ordinetur,*  
 A. C. 599. *aut cuiquam temere manus imponatur,*

1. Tim. 3. 6. *hodie enim tanquam Neophyti habendi sum-*  
 5. 22. *qui ante paucos dies vestem Religiosam*  
*sumserunt. Nulla etiam allegerur Con-*

Epistola Cir- *inceperunt, nam prius Clerici vellim*  
 cularis. *Romano utebantur.*

Præterea S. Gregorius præcipit, ut  
 Clericis in Sacro Ordine constitutis pro-  
 hibetur, ne cum fœminis habitent, ni-  
 lis solis exceptis, quarum præsentiam  
 Canones indulgent. Hortatur, ut ce-  
 lebrentur Concilia, in quibus lites in-  
 ter ipsos Episcopos, vel cum ovibus  
 exortæ componantur, & ubi de conser-  
 vandæ Disciplinæ modo deliberent. *Sci-*  
*tis, inquit, Sacros Canones præcipere,*  
*ut bis in anno Synodus congregetur; quæ*  
*vero facile impedimenta nascuntur, præ-*  
*tuimus, ita ut nulli excusationi locus sit.*  
*Synodum semel in anno convocari, fac-*  
*tim singuli timore futuri examinis in-*  
*ficio continebuntur. Igitur ex his con-*  
*omnibus Concilium celebrate, cui Synodus*  
*Episcopus & Cyriacus Abbas invigilant*  
*& omnia, quæ contra Canones fiunt, in-*  
*ter-*

*tentata Anathematis pœna, condemnate. Sæculum VI.*  
*Syagrius Episcopus, quæ in Concilio acta A. C. 599.*  
*fuertint, per Cyriacum Abbatem ad nos*  
*mittet.*

Observandum hic occurrit, quod hujus Concilii celebrandi cura potius Episcopo Augustodunensi, quam Lugdunensi, aut Arelatensi demandetur; videlicet non ignorabat Papa, quod plus cœteris a Regibus & Regina amaretur, id VII. ep. 113. enim in epistola ad Syagrium privatim data indicat. In ea primum gratias agit, quod Augustino Episcopo in Angliam proficiscenti omnia humanitatis officia præstiterit, atque in meritorum præmium eidem Archiepiscopale Pallium, quod jam diu petebat, concedit. Ut Sup. n. 2. autem hanc Dignitatem aliqua Prærogativa fulciret, Papa primum in illa Provincia locum Ecclesiæ Augustodunensi tribuit, salvo jure Ecclesiæ Lugdunensis, quæ hujus Provinciæ Metropolis erat. Ecclesia Augustodunensis hodieque isto honore gaudet. S. Gregorius de hoc VII. ep. 114. Concilio, cui Cyriacus Abbas interfu- 115. turus erat, ad Brunehildem Reginam Regesque Theodoricum & Theodebertum Nepotes ejus scripsit. In epistola ad Reges conqueritur, quod ab Ecclesiæ Fundis Tributa exigantur, atque Gre- Gregor. X. gorius Turonensis testatum facit, hunc hist. c. 7. abusum sua ætate irrepsisse, dum scribit,

H h 5

Chil-



Sæculum VI. Childebertum Regem tam Ecclesias, quam  
 A. C. 599. Monasteria Claromontii in Arvernia ab  
 impositis omnis generis Tributis li-  
 berasse.

S. Gregorius S. Aridio Episcopo Va-  
 pincensi speciatim præcepit, ut Conci-  
 lio interesset, & Acta sibi mitteret; ma-

VII. ep. 112. ximi enim faciebat hunc virum. S. Ari-  
 Sup. XXXIV gius seu Aridius ante annos viginti annos  
 n. 41. n. 51. 579. Sagittario deposito, Episcopus Va-

Concilium  
 in Gallia.

pincensis electus, Conciliis Valentino,  
 & secundo Matisconensi anno 585. inter-  
 fuerat. Eodem tempore S. Gregorius

S. Aridio per manus Cyriaci Abbatis mis-  
 sit Dalmaticas, eique & Archidiacono  
 ipse concedit, ut his ornamentis ute-  
 rentur, sicut S. Aridius, cum Romæ ven-

V. Coint. an. saretur, sibi concedi rogaverat. Cre-  
 599. n. 21. dibile est, Episcopos Galliarum hoc vestitu-  
 vit. S. Aug. illa ætate necdum usos fuisse, cum S.  
 ap. Boll. 1. Gregorius de hac concessione tanquam  
 Maji. p. 110. de Gratia singulari loquatur, & quæ non

nisi optime meritis obstringeret. Archi-  
 diaconus Vapincensis Valaton vocaba-  
 tur, & S. Arigii in Ecclesiæ hujus Sede  
 Successor fuit.

Sub idem tempus S. Gregorius datus  
 ad Syagrium Augustodunensem & duos  
 Reges juvenes epistolis Patrocinium sus-  
 cepit Ursicini Episcopi Taurinensis, cui  
 aliqua Ecclesiæ suæ Diocesis erepta fue-  
 rant; nam Longobardi in Gallias irrum-  
 pentes

pentes a Duce Mommolo victi & repulsi Sæculum VI.  
 Urbes Augustam Salosiorum & Segusium A.C. 599.  
 cum Ditionibus ad eas pertinentibus Re- VII. ep. 120.  
 gi Guntramo dedere coacti sunt. Por- 121.  
 ro Guntramus Rex Ditionem Segusianam Sirm. ad ep.  
 Ecclesiæ Maurianæ adjecerat, imo abla- 120. Fredeg.  
 tis quibusdam Ecclesiæ Taurinensis Bo- c. 45.  
 nis ibi novus Episcopus ordinatus fuerat.  
 Hæc igitur damna reparari S. Gregorius  
 in suis epistolis petiit.

Desiderius Episcopus Viennensis af-  
 firmabat, olim a Sacra Sede Ecclesiæ suæ  
 quædam Privilegia, & inter alia usum  
 Pallii, fuisse concessa, petebatque, in  
 hæc jura postliminio restitui. S. Gre-  
 gorius respondet: *jussimus Tabulas Ec-*  
*clesiæ nostræ inspicere, & nihil potuimus*  
*invenire. Jube etiam Ecclesiæ tuæ Mo-*  
*numenta lustrari, & si aliqua Acta inve-*  
*neris, ex quibus rei veritatem doceri pos-*  
*simus, ea diligenter ad nos trans mitte.* VII. ep. 117.

## §. XI.

*Cyriacus in Hispania.*

Ex Gallia Cyriacus Abbas profectus est  
 in Hispaniam, estque verisimile, ad  
 eam quoque Provinciam mandata de ce-  
 lebrando Concilio detulisse. Is habebat  
 litteras S. Leandro, Reccaredo Regi, &  
 Claudio Belliduci clarissimo Christianis VII. ep. 125.  
 virtutibus ornato, & Regi in paucis ca- VII. ep. 126.  
 ro reddendas. In epistola ad S. Lean-  
 drum

Sæculum VI. drum (\*) S. Gregorius de gravissimo  
 A.C. 599. onere Episcopatus, sicut in principio Pos-  
 tificatus sui solebat, querulatur. *Nos  
 amplius ille sum, inquit, quem me ali-  
 quando novisti. In oculis hominum ma-  
 jor, in interiore domo animæ deterius  
 factus sum. Nihil magis in votis habebam,  
 quam Divini Capitis mei vestigia sequi,  
 & esse opprobrium hominum atque abjectio-  
 populi; nunc vero onerosa Dignitate pre-  
 mor, curæ infinitæ mentem obtundunt,  
 & pectus lancinant. Nunquam datur quie-  
 scere, semper abjectis cogitationibus oc-  
 cupor, & vix uno momento ad contem-  
 plandum cœlestia erigi licet. Torpet ani-  
 ma mea, & tantum non obstupescit, cum  
 inter res terrestres invita distineatur, &  
 non nunquam superante tædio culpas ad-  
 mittere cogatur.* In epistolæ fine dicit,  
 & ipi

(\*) Ad hunc locum R. P. Augustinus Sertorius, qui Annales Cardinalis Baronii in Compendium contraxit, annotat sequentia: *ob eam partem epistolam quam hoc tempore Gregorius dederat ad S. Leandrum, podagricus nempe ad podagricum, hic interserit Baronius, ingentem confici posse e Sanctis Catalogum, qui podagra laborarint, ex quo jure carpandos illos existimat Censores, qui ejusmodi morbidos redarguunt, ceu voluptuosos. En! Podagræ Elogium podagricis non modo honorificum, sed etiam solatio plenum!*

se ipsi Pallium mittere, & in epistola ad Sæculum VI.  
Regem addit, se id antiquæ consuetudi- A. C. 599.  
ni & Leandri meritis dare.

In Epistola ista ad Reccaredum Papa VII. ep. 127.  
in laudibus hujus Regis plurimus est,  
quod ingentem zelum in Conversione  
Gothorum Subditorum suorum ostendisset;  
laudibus vero etiam monita discre-  
tione paterna conjungit, atque ad cul-  
tum duarum virtutum, quæ in Princi-  
pibus raro inveniri solent, humilitatis  
& castitatis hortatur. *Cura sollicite,*  
*inquit, ne te subitæ iracundiæ motu abri-*  
*pi patiaris, aut sine præcedente delibera-*  
*tione facias, quæcunque tibi licent. Ira,*  
*etiam dum reos plectis, rationem non an-*  
*tevertat, sed sequatur, & eidem tan-*  
*quam ancilla serviat. Ubi ira domina-*  
*tur, ipsam crudelitatem sub specie Justi-*  
*tia repræsentat.* In hoc etiam facto S.  
Gregorius Regem laudat, quod cum Le-  
gem adversus Judæos edidisset, oblatam  
deinde ea conditione pecuniam, ut illa  
abrogaretur, accipere recusasset. Rex  
Ecclesiæ S. Petri dona miserat; hinc ut  
vices redderet, S. Gregorius exiguam  
clavem, ramenta de ferro catenarum S.  
Petri continentem, Crucem, cui particu-  
la ligni veræ Crucis inserta erat, ca-  
pillos S. Joannis Baptistæ, & alteram S.  
Petri clavem misit.

§. XII.

Sæculum VI.  
A. C. 599.

§. XII.

*Concilia in Hispania celebrata.*

Tria in Hispania celebrata fuerant Concilia, ex quo S. Gregorius Papa Ecclesiæ Catholicæ Regimen suscepit, Cæsaraugustæ unum, Toleti alterum, & t. 5. c. p. 1600. Oscæ tertium. In Concilio Cæsaraugustano prima die Nov. anno 592. æra 630. anno Reccaredi septimo, celebrato, Episcopi undecim & nomine Episcoporum absentium Diaconi duo adfuere. Præfuit Artemius Episcopus Tarraconensis, Provinciæ illius Metropolita. Episcopi ferme iidem occurrunt, qui in Concilio tertio Toletano, tribus abhinc annis celebrato, sederunt. In isto tres, non plures, Canones conditi, in quibus statuitur, ut Presbyteris Arianis conversis, si pura eorum fides & mores sint, ministrare liceat, postquam de novo Benedictionem Presbyterorum acceperint. (\*)

Sup. Lib.  
XXXIV.  
n. 56. can. I.

Idem

(\*) Hic quæri posset, an non sub hac nova Benedictione Presbyterorum novam Ordinationem intelligi oporteat; verba Concilii sunt: *Presbyteros ex Ariana Hæresi revertentes accepta de novo Benedictione Presbyterii ministrare.* Quæ Benedictio, ait Morinus, est ipsa Ordinatio. Id vero negat Honoratus Turnelius; an vero argumenta Morini solvat, videat Lector, si lubuerit, in ipsius Cursu Theologico de Sacrament. Ordin.

Idem de Diaconis decernitur. Nempe Sæculum VI.  
A. C. 599.  
ideo, quia Presbyterorum istorum Hæreticorum plerique Continentiam non servabant.

Reliquiæ apud Arianos inventæ Episcopis præsententur, & igne probentur. Si quis deprehensus fuerit, quod Reliquias celaverit, excommunicabitur. Istud ignis experimentum indicare videtur, tunc creditum fuisse, veras Reliquias igne consumi non posse. Si Episcopi Ariani conversi Ecclesias consecraverint, priusquam Benedictionem acceperint, illæ ab Episcopo Catholico rursus consecrentur. (\*) Hos Canones sequitur Epistola a quatuor Episcopis in Concilio præsentibus data, in qua consentiunt, ut Fisco præpositi aliquod vectigal de singulis frumenti modis exigent. Istud haud dubie de fundis Ecclesiæ accipiendum est.

c. 2.

c. 3.

p. 1603.

Concilium Toletanum celebratum est decima septima Maji anno 597. æra 635. anno Reccaredi duodecimo, & ex inscriptione discimus, Episcopos sexdecim adfuisse, quamvis tantum tredecim subscripserint. Primus est Massona Emeritanus, secundus Migecius Narbonensis, & tertio demum loco Adelphius Toletanus.

(\*) Inde Morinus opinionem suam confirmat. Qui enim non potest, quod minus est, quomodo id quod majus est, possit?

Sæculum VI nus. In ea Synodo Canones duo con-  
A. C. 599. diti. In primo præcipitur, ut Episcopi  
 Presbyteros & Diaconos ad servandam  
 Continentiam compellant, Refractarios  
 autem deponere, & custodiae mandare  
 possint, ut Pœnitentiam subeant. In  
 secundo Canone prohibetur Episcopis, ut  
 redditus Ecclesiarum, quæ in eorum Dico-  
 cesibus extractæ fuerint, usurpent, sed  
 præcipitur, ut dentur Presbytero, qui  
 ibi ministrat; si autem redditus illi ad sus-  
 tentandum Presbyterum non sufficiant,  
 serviat ibi Diaconus, aut saltem Ostia-  
 rius, qui curet, ut munda semper sit Ec-  
 clesia, & singulis noctibus coram Reli-  
 quiis faces accendat.

Concilia in  
 Hispania.

p. 1604.

In Concilio Oscensi quoque anno  
 quingentesimo nonagesimo octavo duo  
 Canones conditi sunt. In primo Episco-  
 pis præcipitur, ut singulis annis Abba-  
 tes, Presbyteros, & Diaconos suæ Dico-  
 cesis convocent, & vitæ Regulam, quam  
 sequantur, præcipue circa Frugalitatem  
 & Continentiam doceant. In secundo  
 Canone jubentur Episcopi diligentissime  
 inquirere, an Presbyteri, Diaconi, &  
 Subdiaconi Continentes sint, ut tam le-  
 ves suspiciones, quam malignas excusa-  
 tiones nocentium rejiciant.

1605.

Anno sequente 599. Reccaredi Regis  
 14. æra 636. prima die Nov. Concilium  
 Barcinone celebratum, instante, ut ve-  
 rissime

risimile est, Cyriaco Abbate a Pontifice Sæculum VI.  
 misso, nam iidem in eo condemnantur A. C. 599.  
 abusus, quos ut tolleret, superius Con-  
 ciliū celebrari iusserat. In hoc Con-  
 cilio Barcinonensi sederunt Episcopi duo-  
 decim, Asiatico Episcopo Tarraconensi  
 præsidente. Quatuor fuere conscripti  
 Canones, quorum primi duo Simoniam  
 eliminatam volunt, & prohibent, ne pro  
 Ordinationibus aut Sacro Chrismate  
 quidquam accipiatur. In tertio Canone  
 prohibetur, ne, etiamsi Rex iuberet,  
 Laicus subito ad Episcopatum evehatur.  
 Sed Clerici & Populus nominent duos,  
 tresve viros, ex quibus Metropolita cum  
 Suffraganeis suis sorte missa eligat illum,  
 qui consecrandus est.

In ultimo Canone damnantur Virgi-  
 nes Deo consecratæ, & Pœnitentes utriusque  
 sexus, qui Matrimonium ini-  
 erunt, imo etiam sceminae, quæ, si rap-  
 tæ fuerint, a Raptoribus deinde non di-  
 scesserint. Tales excommunicentur, a  
 Fidelium societate excludantur, & etiam  
 cuiquam colloquendi solatio priventur.  
 S. Gregorius eodem anno duobus ex præ-  
 cipuis Gallia Episcopis, Virgilio Arela-  
 tensi, & Syagrio Augustodunensi vehe-  
 menter exprobravit, quod huic abusu  
 non eo, quo par fuisset, vigore se op-  
 posuissent in causa mulieris nomine Sya-  
 griæ, quæ, cum Institutum Monasticum  
 Hist. Eccles. Tom. VIII. I i fuif-



Sæculum VI. fuisset amplexa, postea vi adhibita  
A. C. 599. bere compulsa fuit.

## §. XIII.

*Ecclesia Africae.*

Sanctus Gregorius Papa nunquam non  
 Ecclesiam Africae paterna cura sove-  
 bat. Jam anno 593. Indictione undeci-  
 ma datis litteris ad Adeodatum Numi-  
 diae Primatem, & Columbum ejusdem  
 Provinciae Episcopum, in cujus pruden-  
 tia multam posuerat fiduciam, probi-  
 buerat, ne juvenes ad Ordines sacros  
 admitterentur, aut ordinationes Simo-  
 niæ labe inficerentur. Rogat etiam, ut  
 se de iis omnibus, quæ in Concilio, tunc  
 celebrando, acta fuerint, certiores fi-  
 cerent. Cum vero Indictione duodeci-  
 ma ineunte, id est, Mense Sept. anno  
 593. comperisset, multos in Numidia  
 Provincia abusus contra Canones vigere,  
 ad Columbum Episcopum mandata mi-  
 sit, ut in eos inquireret, & Gennadio  
 Exarcho Africae scripsit, ut eum in illis  
 omnibus, quæ ad Disciplinam Ecclesi-  
 asticam spectarent, tueretur.

III. epist. 7.

Mense Junio anno sequente 594. cum  
 ad S. Gregorium fuisset relatum, eo us-  
 que excrevisse Donatistarum audaciam,  
 ut Catholicos rebaptizarent, & Episco-  
 pos e suis Ecclesiis ejicerent, data ad  
 III. epist. 32. Pantaleonem Africae Praefectum epistola  
 acriter

acriter exhortatur, ut Leges observari  
 curaret, non tantum ut famæ suæ con-  
 suleret, sed etiam ut expediret se a ti-  
 more Dei aliquando animarum istarum  
 rationem exacturi, nisi faciendo quod  
 suum est, earum interitum prohiberet.  
 Simul ad Columbum & alium Episcopum  
 nomine Victorem scripsit, exhortans, ut  
 collatis consiliis nascens malum in ipso  
 ortu extinguerent.

Sæculum VI.  
 A. C. 599.

III. ep. 35.

Dominicus Episcopus Carthaginensis  
 huic malo remedium allaturus, Manda-  
 tum ab Imperatore contra Donatistas ob-  
 tinuit, & ut ea, quæ præcepta fuerant,  
 executioni darentur, egit Concilium, in  
 quo statutum, ut omnes Episcopi Hære-  
 ticos istos acriter persequerentur, ces-  
 santium vero pœna Bonorum & Dignita-  
 tis jactura esset. Actis hujus Concilii  
 ad S. Gregorium transmissis, Papa Viri  
 zelum quidem dilaudavit; *sed vereor,*  
 inquit, *ne istud Decretum aliarum Pro-*  
*vinciarum Primates offendat; quando-*  
*quidem priusquam illos, qui extram Ec-*  
*clesiam sunt, corrigas, curandum, ut*  
*intus Episcoporum concordiam conserves,*  
*tunc enim contra Hæreticos vis unita for-*  
*tior erit.* Hoc Pontifex ideo dicit, quod  
 aliarum Provinciarum in Africa Episcopi  
 Decretis Provinciæ particularis Cartha-  
 ginensis non obstringerentur. Epistola  
 ista sub initium Indictionis decimæ ter-  
 tiæ

Ecclesiæ in  
 Africa.  
 IV. ep. 3.

Sæculum VI. A. C. 599. tiæ mense Septembri anno 594. data est.

Interim Imperatoris Mauritii Mandatis Donatistas tangentibus in Africa non obtemperabatur, quippe Catholicos imo

IV. ep. 36. & Clericos invenire erat, qui consentiebant, ut liberi sui, mancipia, famuli a Donatistis baptizarentur. Omnia Donatistæ auro corrumpebant, & ipsi tunc Fides in Africa venalis erat. Quidam Africani Episcopi Romam venerunt, querelas ad S. Gregorium deferentes, atque inter ceteros aliquis nomine Paulus, qui cum duobus aliis se a Gennadio Patricio, instigantibus Donatistis, persecutionem pati querebatur. Hos Papa omnes tres ad Imperatoris Tribunal remisit, quia isto negotio Patricius implicabatur.

V. ep. 61. Epistola Pontificis, Indictione VI. ep. 2. decima quarta exeunte, mense Augusto V. ep. 63. anno 596. data.

Primatem Provinciæ Byzacenæ crimine accusatum, Imperator secundum Canones a Papa judicari iterato iussit, sed S. Gregorius, cum sciret, viros potentes huic Judicio adversari, noluit de hac causa cognoscere. Id Joanni Episcopo Syracusano, qui hac de re ad se scripserat, significat, & de illo Primateloquens subjungit: *quod vero dicat, se Sacræ Sedi subditum esse; (\*) nescio Episcopum.*

(\*) Eximium pro Jurisdictione Summi Pontificis Testimonium ex alia Orbis Parte allatum.

scopum, qui huic Sedi subditus non sit, Sæculum VI  
A. C. 599..  
quando peccavit; etsi extra hunc casum  
Episcopi omnes secundum Leges Humilitatis  
æquales sint. (\*) His S. Gregorii verbis  
Potestatis, quæ in Ecclesiæ Capite  
residet, limites accurate definiuntur.  
Quamdiu Episcopi Munere suo integre  
funguntur, Papa omnes tanquam Fra-  
tres sibi æquales habet, sed omnium Su-  
perior est, ubi de illorum correctione  
agitur. Hæc epistola circiter mense Ju-  
nio Indictione secunda anno 599. data est.

## §. XIV.

*Cæremoniæ a S. Gregorio inuictæ.*

Sub idem tempus S. Gregorius magni  
momenti epistolam, in qua de variis  
Cæremoniis agitur, ad Joannem Syra-  
cusanum dedit. Epistolæ exordium est  
hujusmodi: *Vir ex Sicilia veniens ad me*  
*retulit, amicorum suorum aliquos Græ-*  
*cos & Latinos sub prætextu, & specie de-*  
*fendendi Romanæ Ecclesiæ honorem, Ri-*  
*tus, quos præscribo, sugillare, & dice-*  
*re: quomodo Gregorius Constantinopoli-*  
*tanum Episcopum supercilium ponere com-*  
*pellet, dum illius Ecclesiæ Ritus & con-*  
*suetudines amplectitur? percunctanti, qui-*  
*nam essent isti Ritus, respondit: præscri-*  
*psisti,*

I i 3

(\*) Ex his S. Gregorii verbis, si quis ea stu-  
diose pensare velit, multæ Quæstiones Canoni-  
cæ resolvi possunt.

Sæculum VI. *psisti, ut in Missa extra tempus Paschale*  
 A. C. 599. ALLELUJA dicatur, jubes Subdiaconos sine Tunicis incedere, vis, ut dicatur *KYRIE ELEISON*, statim post Canonem Orationem Dominicam recitas. *Reposui, me in his omnibus nullius alterius Ecclesie Ritus fuisse secutum.*

*S. Hieronymum Damasi Papæ ævo Ratum invexisse ferunt, ut secundum consuetudinem Ecclesie Jerosolymitane ALLELUJA cantaretur. Hinc verius diceres, morem a Græcis hic inuectum a nobis fuisse dimissum. Forte vult dicere, dimissum fuisse usum cantandi Alleluja in Exequiis, & in Quadragesima. S. Gregorius prosequitur: More antiquo Subdiaconi sola Alba induti incedebant, quod ex usu Ecclesiarum vestrarum apparet, quem certe non a Græcis, sed ab Ecclesia Romana Matre vestra accepistis. Aliquit Episcoporum nostrorum Subdiaconos Tunicis vestitos esse voluit. Non dicimus KYRIE ELEISON Ritu Græcorum; nam apud ipsos hanc orationem omnes pronunciant, & apud nos soli Clerici populo respondente: AMEN! Nos etiam ceremonie CHRISTE ELEISON adjicimus, quod Græci penitus omittunt. Ceterum S. Gregorius perperam accusabatur, quod Auctor fuisset recitandi Kyrie eleison, cum annis abhinc septuaginta Concilium Vasionense testatum fecerit, hanc Orationem*

*V. Mabill. comm. in ord. R. c. 15.*

*Cæremonia.*

tionem a Sacra Sedē fuisse receptam, quæ Sæculum VI.  
 etiam Lytania dicebatur. Rursus S.Gre- A.C. 599.  
 gorius prosequitur: *Orationem Domini-* Conc. Vas. II  
*cam statim post Canonem recitamus, quia* c. 3. Sup. I.  
*mos Apostolorum fuit, nullam aliam ad* XXXII. n. 41.  
*Consecrationem dicere, & mihi videbatur*  
*absurdum, orationem fortasse ab homine*  
*docto concinnatam recitare, illa omiſſa,*  
*quam ipse Dominus Noster nos docuit. S.*  
 Gregorius dum dicit, pro Consecratio- V. Bona. I. II.  
 ne Evcharistiæ non aliam fuisse recita- lib. I. c. 5. II.  
 tam, quam Orationem Dominicam, non c. 15.  
 negat, recitata fuisse Evangelii Verba,  
 quæ Evcharistiæ Institutionem comple- V. Mabill.  
 ctuntur. De oratione Dominica creden- comm. in ord.  
 dum, eam solum ab aliquo tempore & R. c. 7.  
 fortasse certis tantum diebus fuisse omiſ-  
 sam, nam ex quodam Concilio exinde  
 post annos triginta celebrato dispicitur,  
 in quibusdam Ecclesiis Hispaniæ Oratio-  
 nem Dominicam solum Diebus Domini- Conc. Tol.  
 cis fuisse recitatam. IV. c. 10.

Tum S. Gregorius prosequitur: *Apud*  
*Græcos Oratio Dominica a toto populo,*  
*apud nos vero a solo Presbytero pronun-*  
*ciatur. In quo igitur Ritus Græcorum*  
*imitati sumus? antiquas nostras consue-*  
*tudines reducere nobis placuit, & novas,*  
*quas utiles esse credimus, instituere. Et*  
*inferius: Ceterum Ecclesiam Constanti-*  
*nopolitanam Sacræ Sedi esse subiectam,*  
*nemo est, qui dubitet, & idipsum tam*

Sæculum VI. *Imperator, quam Episcopus illius Civita-*  
A. C. 599. *tis continuo profitentur. (\*) Nihilomi-*  
*nus, si illa Ecclesia, aut quæcunque alia*  
*usus salutare habet, in rebus bonis etiam*  
*me inferiores imitari paratus sum, quip-*  
*pe, in contemptu eorum, quæ meliores*  
*sunt, Primatum constituere stultitia foret.*

## §. XV.

*Officii Reformatio.*

**E**x ista Epistola S. Gregorii cognos-  
 mus, ipsum jam hoc anno 599. Of-  
 ficiū Ecclesiæ Romanæ reformavisse;  
 cumque Factum istud durante ipsius Pœ-  
 tificatu inter cœtera memoratu dignissi-  
 mum sit, id paulo fufius referemus. De  
 illa Officii Missalis Collectione, quæ Ge-  
 lasium Papam Auctorem habet, S. Gre-  
 gorius aliqua omittenda, alia mutanda,  
 & aliqua addenda esse censuit. Omnia  
 in unum Volumen collegit, quod ejus  
 Sacramentarium dicitur. Ita olim ap-  
 pellabatur Liber, in quo preces in Ad-  
 ministratione Sacramentorum, præter-  
 tim in Celebratione S. Sacrificii a Sacer-  
 dote dicendæ continebantur. Quæ can-  
 tanda erant, in alio notabantur Volumi-  
 ne, quod Antiphonale dicitur, quia al-  
 ternatim diversi chori cantabant, unde  
 Anti-

*Jo. Diac. II*  
*vit. c. 17.*  
*Sup. XXX.*  
*n. 42.*

(\*) Quid ad hoc S. Gregorii Testimonium Pro-  
 testans noster respondere queat? ideo tacet.

Antiphonarum Nomen, ut alibi explicavimus, ortum duxit. Lectiones ex alio Volumine, quod Lectionarium dicebatur, & Psalmi item ex alio, nempe Psalterio, legebantur. Rursus ipsas Regulas in usu observandas (videlicet illas, quas hodie dicimus Rubricas) aliud volumen, cui titulus erat: Ordo Officii, complectebatur. Græcis hodieque plures libri sunt, in quibus diversæ Officii Partes descriptæ. Latinis quoque ad diversas functiones erant diversi Libri, scilicet Ordo Missæ Pontificalis, Ordo Baptismi, Ordo Ordinationum. Libri, quos habemus, Nomen, *Ordo Romanus*, præferentes, in hoc genere omnium antiquissimi sunt, & saltem S. Gregorii ævo non posteriora creduntur. Hoc Nomen, *Ordo Romanus*, inde adepti sunt, quia cujuslibet Regionis Ecclesiæ diversum Ordinem Liturgiæ, aliarumque Officii Partium habebant. Non solum Græcia & Oriens, sed etiam Ecclesiæ Latinæ, Africa, Hispania, Gallia, & illa Italiæ Pars, quæ Ecclesiæ Mediolanensi subiecta erat, diversis Liturgiis utebantur, ut infra explicabimus.

## §. XVI.

*Ecclesiæ & Stationes.*

Ut Lector facilius intelligat, quis modulus Missæ Pontificalis Romæ fuerit 1. & 2.

Ii s

in

Sæculum VI.  
A. C. 595.*Sup. XVIII*  
n. 46.*V. Mabill.*  
*comm. in ord.*  
*R. c. 2.*



Sæculum VI. in diebus solemnibus, prius explicandum  
A. C. 599. est, qua ratione Ecclesiæ & Clerici in  
 suas Regiones divisi fuerint. Roma ab  
 Augusto olim in quatuordecim Vicos seu  
 Regiones divisa; postquam autem Reli-  
 gio Catholica invec̄ta est, tantum septem  
 numerabantur, atque alicui earum omnes  
 Ecclesiæ & omnes Clerici amplissimæ Ci-  
 vilitatis accensebantur. In Ministerio Ec-  
 clesiastico vices suas observabant; nam  
 Clerici tertiæ Regionis primi serviebant  
 Die Dominica, Clerici Regionis quartæ  
 Die Lunæ, & sic subsequētib; diebus  
 cœteri.

*Mab. comm.* Porro varii Ecclesiarum Tituli Romæ  
 6. 3. recensebantur, nam aliquæ Patriarcha-  
 les, aliæ Titulares, Diaconia, vel Ora-  
 toria dicebantur. In Ecclesiis Patriar-  
 chalibus, alio nomine Basilicis, Papa  
 Sacris operari solebat, quales erant ad S.  
 Joannem Lateranensem, S. Petrum in Va-  
 ticano, S. Mariam Majorem, S. Lauren-  
 tium extra mœnia Civitatis, ad S. Cru-  
 cem Jerosolymitanam. Ad has Ecclesias  
 custodiendas, purgandas, ornandas cu-  
 ra Mansionariis erat commissa. Tituli  
 id ferme erant, quod hodie Parochia.  
 Singulis præerat Presbyter Cardinalis,  
 cui subjecta erat certa pars Civitatis, ha-  
 bebatque Fontes, ut casu necessitatis  
 emergente baptismum conferre posset.  
 Jam ex tempore Symmachi Papæ anno  
 499.

499. sexaginta sex Presbyteros triginta Titulis existisse memoriae proditum est, nam in plerisque Titulis duo tresve Presbyteri ministrabant, iisque praepositus erat Presbyter Cardinalis. Diaconiae erant Hospitia vel Quaestoria, unde Eleemosynae distribuebantur. His praerant septem Diaconi Regionarii, singuli in singulis Regionibus, quorum Caput & Princeps erat Archidiaconus. Cura Hospitalium Ecclesiae Diaconiae juncti circa temporalia Administratori, qui Diaconiae Praeter appellari solebat, saepe Clerico, saepe etiam Laico demandabatur, atque ita S. Gregorius singulis Diaconiis, aut Hospitaliis Curatores dedit, a quibus, quia eorum fidem sibi habebat exploratam, acceptorum rationem non exigebat. Alii autem Hospitalium Curatores secundum Statuta Canonica Episcopo suo rationem reddere tenebantur, volebatque S. Gregorius, ut Clerici essent, & a Jurisdictione Saeculari exempti, ne Magistratibus praetextus Bona pauperum rapiendi superesset. Praeter septem Diaconos Regionarios alii dabantur in Titulis, (†) (‡) id est in qui Presbytero Titulari suberant. Oratoria plerumque in Coemeteriis visebantur, nec habebant Baptisterium sicut Ecclesiae Titulares, nec ibi officium publicum celebrabatur, nec aderat Presbyter Cardinalis, sed a nostris Capellis non abhor-

Saeculum VI.  
A. C. 595.

Supl. XXX  
n. 48.

Jo. Diac.  
l. II. c. 51.

Greg. IX.  
epist. 24.  
III. ep. 24.

Sæculum VI. abhorrebant, & si quando Episcopus ve-  
 A. C. 599. lebat ibi Missam celebrari, mittebat Pres-  
 byterum. In ædibus privatorum quoque  
 Greg. II. ep. Oratoria extruebantur, cum legamus  
 9. ind. Joannem Episcopum Syracusanum a S.  
 Gregorio reprehensum, quod, lite in-  
 ter ipsum & Venantium Patricium exor-  
 ta, Missam in illius Domo celebrari pro-  
 X. epist. 12. hibuisset. Tandem aliqua Oratoria ha-  
 bebant Presbyterum Cardinalem, qui,  
 si Fundator id peteret, aut concursus Fi-  
 delium id exigere videretur, Sacris ope-  
 V. ep. 42. 43. rabatur. Ejusmodi Oratoria quasi Eccle-  
 siæ inferioris Tituli existimari poterant.

Ordo Stationum in Civitate Romana  
 seu Designatio Ecclesiarum, in quibus  
 Jo. Diac. II. quotidie in Quadragesima, in Angariis  
 c. 18. & Festis Solemnibus Officium Divinum  
 peragendum erat, S. Gregorium Aucto-  
 rem habet; nam Festa Sanctorum cele-  
 brabantur in Ecclesiis, in quibus eorum  
 Reliquiæ colebantur. Has igitur Statio-  
 nes ordinavit eo modo, quo hodieque  
 Ord. Rom. I. in Missali Romano adnotantur, easque  
 præcipue Ecclesiis Patriarchalibus & Ti-  
 tularibus affixit; quamvis vero Statio-  
 nes certis diebus essent fixæ, nihilomi-  
 nus postquam Papa communicaverat, Ar-  
 chidiaconus Stationem sequentem popu-  
 lo denunciabat.

## §. XVII.

*Missæ initium.*

Sæculum VI.

A. C. 599.

Ordo Rom.

1. 3.

Jam vero Missam Pontificalem exhibiturus Exemplum Festi Paschalis secundum Ordinem Romanum antiquissimum seligam. Mane Acolythy tertiæ Regionis, & Defensores omnium Regionum in Palatium Lateranense, ubi Papa habitabat, se conferebant. Defensores erant Clerici, quibus Episcopi Mandata in commodum pauperum exequi incumberebat, & formulam Litterarum, quibus instituebantur, inter Epistolas S. Gregorii habemus. Reliqui Clericorum Romanorum omnes, quamprimum illuxisset, ad Ecclesiam Stationis, exempli gratia in Die Paschæ ad S. Mariam Majorem, procedebant, præsentibus nunquam non aliquot Episcopis. Papa & Familiarium præcipui equis vehebantur, quod ob viæ longitudinem erat necessarium. Acolythy & Defensores Pontificem pedibus comitabantur. Interim ex Palatio Lateranensi libri & vasa ad Officium Divinum necessaria afferebantur, & Acolythorum unus Sacrum Chrisma in ampulla linteolo velata manibus deportabat.

*IX. ep. 38.**Ord. 1. 2. 3.**Ord. 3.*

Pontifici adveniendi illi Acolythy & Defensores, quos ordo tangebatur, cum Presbytero Titulari illius Stationis obviam

viam

Sæculum VI. A. C. 599. viam procedebant, & ex equo descendentem adjuvabant. Pontifice statim Sacristiam ingrediente, & Diaconis anteferes mutantibus vestes, ille, cui legendum erat Evangelium, solvebat sigillum & locum notabat. Tum Acolythus Librum in Sanctuarium deferebat, & Subdiaconus illum adhibita Reverentia in *Ord. Rom. 5.* Altari deponebat. Interim Papa manibus Subdiaconorum vestiebatur. Alius præbebat Albam, quæ super interulam inducebatur, & alius cingulum, amictum, Dalmaticam ex carbaso, Dalmaticam majorem & tandem Casulam. Primicerii & Secundicerii erat Vestimenta concinne adornare. Diaconus Pallium his omnibus superaddebat. Tum Subdiaconus Papæ Manipulum offerebat, dicens: *iste Epistolam leget, & iste cantabit.* Ubi deinde Pontifex annuendo signum dedisset ad incipiendum Officium, idem Subdiaconus ad Sacristiæ fores procedens dicebat: *accendite cereos!*

Tunc, Cantoribus in ordine suo stantibus, eorum Præpositus inchoabat Antiphonam ad Introitum, quam totus Psalmus, cujus unicus tantum versus hodie cantatur, sequebatur. Ista Antiphona cum initio Psalmorum in Antiphonario S. Gregorii, quemadmodum hodieque recitamus, adnotantur, initium ducitur a prima Dominica in Adventu & per totum

tum annum ponuntur. Introitus appel- Sæculum VI.  
labantur, quia illo tempore cantabantur, A.C. 599.  
quando populus in Ecclesiam intrabat,  
& unusquisque locum suum adibat. Ubi  
audiebatur hic cantus, Papa ex Sacristia  
exibat, latus dextrum Archidiacono, &  
sinistrum sequente Diacono stipantibus,  
præcedentibus septem Acolythis incen-  
sum, & septem candelabra ferentibus.  
Antequam Papa ad Altare ascenderet,  
Diaconi, qui jam prius in Sanctuario sta-  
bant, Planetas seu Casulas deponebant,  
quibus omnes, & etiam Acolythis, orna-  
bantur.

Procedenti Papæ duo Acolythis a-v. Mabill.  
pertam arculam cum S. Sacramento præ-comm. c.6.  
sentabant, quod Papa inclinato capite  
veneratus inspiciebat, ut sciret, an ma-  
jor esset copia quam in Calicem, ut in-  
fra dicetur, immittenda esset, & si ma-  
jor fuisset, in Receptaculo servari jube-  
bat. Cum ad Altare pervenisset, dabat Missa Ponti-  
signum ad dicendum *Gloria Patri*, & ficalis.  
finiendum Psalmum Introitus. Diaconi  
osculabantur alas Altaris, & Papa post-  
quam inclinatus pro remissione peccato-  
rum suorum orasset, Evangelium & Al-  
tare in medio osculatus, Sedem suam  
conscendebat, coram qua stans manebat  
vultu ad Orientem, & dorso ad populum  
verso, nam Cathedra in medio erat post  
Altare.

Tunc

Sæculum VI. Tunc cantabatur *Kyrie eleison*, & con-  
A. C. 599. tinuabatur in cantu, donec Papa si-  
 gnum cessandi daret, qui ad populum  
 se convertens inchoabat: *Gloria in Ex-*  
*celsis Deo*, & rursus usque ad finem ad  
 Orientem vertebatur. Secundum  
*Sacram.* Sacramentarium S. Gregorii solus Episcopus,  
*init.* & tantum Diebus Dominicis &  
 Festis cantabat *Gloria*. Presbyteri nun-  
 quam nisi in Paschate id recitabant.  
 Tum Papa populum salutabat dicens:  
*Pax vobis*; mox iterum ad Orientem  
 conversus, dicebat Orationem seu Dei  
 illius Collectam. Illas Collectas, prout  
 in Sacramentario S. Gregorii sunt, ad-  
 huc hodie recitamus. Oratione dicta  
 residebat Pontifex ad populum conver-  
 sus, & annuebat Episcopis, Presbyteris-  
 que, ut considerent. Hi ordine suo sta-  
 bant ex utroque latere Episcopi a dex-  
 tris, & Presbyteri a sinistris in illo Se-  
 micirculo, quo Altare retro cingebatur.

## §. XVIII.

*Lectiones & Oblationes.*

*Mabill.*  
*comm. c. 3.*

Subdiaconus, a quo legenda erat Episto-  
 la, ubi viderat, omnes sedere, con-  
 scendebat suggestum, in quo Pulpitum  
 erat, a latere Chori aliquot gradibus emi-  
 nens. In Ecclesiis antiquis Romæ tria  
 ejusmodi visuntur Pulpita; unum in la-  
 tere

tere dextro Altare respiciens ad recitan-  
dam Epistolam, alterum versus populum  
ad legendas Prophetias, & tertium cœ-  
teris duobus altius & magis ornatum ad  
prædicandum Evangelium.

Sæculum VI.  
A. C. 599.

Lecta Epistola Cantor conscendens  
suggestum cum Libro suo, qui Graduale  
seu Antiphonarium dicebatur, cantabat  
Responsorialia, quæ Gradualia ob gradus  
ad suggestum dicimus, & Responsorialia,  
quia Chorus Cantori respondet. Dein-  
de cantabatur pro diversitate temporis  
*Alleluja*, vel Tractus, ita dictus, quod  
verba morose trahendo cantetur. Has  
preces omnes hodieque dicimus, quales  
eas singulis diebus annotatas in Antipho-  
nario S. Gregorii videmus.

Tum Diaconus accedens osculabatur  
pedes Papæ sibi Benedictionem ad le-  
gendum Evangelium impertientis, his  
verbis: *Dominus sit in corde tuo &c.*  
Inde procedens ad Altare, & Evangelium  
osculatus, illudque manibus suis tenens  
comitantibus duobus Subdiaconis, quo-  
rum unus thuribulum portabat, & præ-  
cedentibus duobus Acolythis candela-  
bra portantibus pulpitem adibat, quod  
solus conscendebat, legebatque conver-  
sus ad meridiem, nempe latus virorum,  
nam in Ecclesia a mulieribus separati  
stabant. Ex quadraginta Homiliis S. Gre-  
gorii dispicimus, eadem quæ hodie Ev-  
Hist. Eccles. Tom. VIII. Kk ange-

Missæ Papalis.



Sæculum VI. angelia, & iisdem diebus lecta fuisse. Le-  
 A. C. 599. cto Evangelio Subdiaconus illud omni-  
 bus in Ecclesia præsentibus ad figendum  
 osculum deferebat, tumque in Arcula re-  
 positum obsignabatur. Ex his collige-  
 dum videtur, non fuisse Librum, quem  
 admodum nostri sunt, compactum, sed  
 more antiquo convolutum.

*Mabill. com.*  
*t. 6. n. 3.*

Illo ævo necdum Symbolum ad Mis-  
 sam dicebatur in Ecclesia Romana, que  
 cum nunquam alicujus Hæresis labe fuis-  
 set infecta, necessarium non erat, ut Fi-  
 dem suam profiteretur. Quando Papa  
 ad Populam dicebat (sæpe autem dixit  
 S. Gregorius) id statim perlecto Evan-  
 gelio fiebat.

Postquam Papa populum salutasset  
 illis verbis: *Dominus vobiscum*, & dixit:  
 Ord. 6. n. 7. *Oremus*, Diaconus comitante Aco-  
 lytho ad Altare procedebat portans Ca-  
 licem, coopertum Corporali, quod Dia-  
 cono dabat. Diaconus isto Corporali  
 Altare sternebat, & extremam illius par-  
 tem alteri Diacono extendendam por-  
 tgebant; erat enim hoc Corporale magna  
 mappa, qua totum Altare tegebatur.  
 Tum Papa ex Sanctuario descendens,  
 duobus Primiceriis Notariorum & De-  
 fensorum eum utrinque sustinentibus,  
 ad locum, quo Senatores consistebant,  
 procedebat Oblationes Optimatum se-  
 cundum ordinem ipsorum, id est, panem &

& vinum ad Sacrificium collecturus. **Sæculum VI.**  
Papa acceptos panes Subdiacono Regio- **A. C. 599.**  
nario tradebat, qui eos in mappam,  
quam duo Acolythi tenebant, mittebat.  
Archidiaconus Papæ vestigia sequens &  
urceolos ab offerentibus accipiens vi-  
num fundebat in magnum calicem, sibi  
a Subdiacono præsentatum, quem seque-  
batur alius Acolythus aliud vas portans,  
in quod vinum Calicis, ubi impletus  
fuisset, effundebat. Proximus Papæ in- **Oblatio Pa-**  
cedebat Episcopus hebdomadarius, qui **nis & Vini.**  
aliorum panes accipiebat, comitante Dia-  
cono, vinum offerentium accipiente, &  
si hi accipiendo non sufficerent, a se-  
quentibus Presbyteris adjuvabantur.  
Tum Pontifex ad alterum Ecclesiæ latus,  
ubi scæminæ erant, transibat, Oblationes  
earum accepturus. Ita omnia fiebant  
sine strepitu, & nemo Fidelium loco suo  
movebatur. Oblati panes formæ erant  
rotundæ; id enim inde discimus, quod  
S. Gregorius eosdem vocet Coronas. **IV. Dial.**  
Præterea hos panes quilibet suo labore **c. 55.**  
parabat. Istud docemur ex historia cu-  
jusdam Matronæ Romanæ, quæ Commu-  
nionem ex manu S. Gregorii accipiens,  
& verba consueta pronunciantem au-  
diens subrisit, quod panem manibus suis  
costum diceret, esse JESU Christi Corpus.  
Paulus Diaconus, qui omnium primus  
hoc factum litteris prodidit, adjungit,  
S. Gre-

Sæculum VI. S. Gregorium iussisse hanc particulam  
 A. C. 599. feruari, & postquam in orationem se de-  
vit. per. Paul. disse, eandem in carnem mutatam præ-  
Diac. n. 18. sente omni populo huic mulieri ostē-  
per Jo. Lib. disse.  
 II. c. 41.

Collectis omnibus Oblationibus Pa-  
 pa ad Cathedram suam reversus lava-  
 bat manus suas, atque etiam Archidia-  
 conus; mox Papa signum dante, Archi-  
 diaconus ad Altare accedens, panes quos  
 ipsi Subdiaconus porrigebat, concinno  
 ordine in Altari collocabat, & eo nume-  
 ro, quem ad Communionem totius po-  
 puli suffecturum putabat. Tum urceol-  
 um Papæ accipiens e manu Subdiaconi  
 ministrantis, vinum per colum, ut pri-  
 rissimum esset, in Calicem fundebat.  
 Diaconorum quoque urceolos accipie-  
 bat. Subdiaconus ad Chorum descen-  
 debat, & acceptum ex manu primi Can-  
 toris vas aquæ tradebat Archidiacono,  
 qui aquam tractu manus Crucem for-  
 mans fundebat in Calicem. His per-  
 actis Papa e Cathedra sua descendens  
 & accedens ad Altare, quod osculaba-  
 tur, Oblationes Presbyterorum, Diacon-  
 orum, & tandem suam propriam, por-  
 rigente Archidiacono, recipiebat. In-  
 discimus, omnino omnes, Populum, Cle-  
 ricos, ipsum Papam Oblationem accep-  
 tisse. Tum Archidiaconus acceptum de  
 manu Subdiaconi Calicem super Altare  
 ponebat.

penes Hostiam Papæ a dextris colloca- Sæculum VI.  
A. C. 599.  
bat. Calix iste duas ansas habebat, in-  
volutas linteo, quod Offertorium dice-  
batur.

Interim cantabatur Offertorium, id est, Psalmus cum Antiphona, & post modicum temporis spatium Pontifex Chorum respiciens nutu significabat, cessandum esse; mox Altari inclinatus, Episcopis cum Presbyteris & Diaconis circumstantibus, Orationem super oblata, quam secretam vocamus, quia voce submissa dicitur, recitabat. Sequebatur Præfatio Sacrificii. In Sacramentario S. Gregorii Præfationes ferme in omnibus Missis diversæ occurrunt, ex quibus novem solummodo retinuimus. (Hodie in nostris partibus undecim numerantur.)

### §. XIX.

#### *Canon Missæ & Communio.*

Cum deinde Papa tantisper expectasset, donec Chorus cantum, qui dicitur *Sanctus*, finiisset, incipiebat legere Canonem, qui etiam non nunquam *Secreta* appellatur, quia voce submissa recitabatur. Hunc Pontifex solus ante Altare erecto corpore pronunciabat, Episcopis interea, Presbyteris, & Subdiaconis in Sanctuario inclinato capite stantibus; nam non alio corporis situ melius Venerationem profiteri poterant Diebus

Kk 3 Domi-

Sæculum VI. Dominicis & in illis Festis, quibus genua flectere non licebat. Canon Missæ in Sacramentario S. Gregorii talis est, qualem hodieque de verbo ad verbum recitamus, (\*) & fert aliqua Traditio S. Gregorium ad secundam Orationem, quæ in Canone dicitur, addidisse verba: *Diesque nostros in tua Pace disponas.* Auctor Tractatus de Sacramentis, S. Ambrosio adscripti, quod opus sine dubio antiquissimum est, ferme totum Canonem, paucis exceptis, nostro consentaneum refert.

Lib. IV.  
e. 5. 6.

In nullo antiquo Ordine alicujus alterius Elevationis Hostiæ mentio invenitur, quam illius quæ in fine Canonis fit dicendo: *Per ipsum & cum ipso &c.* Tum Archidiaconus arreptis ansis Calicem penes Papam elevabat, qui Hostiam latus Calicis tangebatur, easque denuo in pristino loco deponebat. Sub initium Canonis Patena Acolytha dabatur custodienda, qui eam ante pectus fasciata e collo

(\*) Hinc absurdus admodum est Interpretatio Protestans, dum in suis Annotationibus insillit exclamat: *Man hat nichts gewußt von einer solchen Messe, die jetzt im Pabsthum gebräuchlich ist.* Missas vero privatas legere quam antiquum sit, superius Paragrapho XVI. vidimus ubi de Oratoriis sermo est, in quibus officium publicum non celebrabatur.

e collo pendente involutam tenebat. Sæculum VI.  
A. C. 599.  
Illa sub Canonis finem ad Altare deferebatur. Inde dicebatur Oratio Dominica, & illa, quæ sequitur. Tum Papa dictis verbis: *Pax Domini sit semper vobiscum*, ter manu supra Calicem Crucis formata, immittebat Hostiam consecratam. Id de Hostia præcedentis Sacrificii, quæ in Missæ exordio Papæ ostendebatur, accipiendum. Hic Archidiaconus pacem dabat, id est osculum digniori Episcopo, qui illud proximo Episcopo, & sic cæteri ordine suo alter alteri dabant. Idem populus, sed viri & foeminæ separatim, faciebat. Ecclesia Romana post consecrationem demum Pacem dabat, tanquam testimonium, quod populus in eam consensisset. Innocentius Papa illos erroris arguit, qui Pacem ante consecrationem dabant. Mabill. com. c. 6. n. 1.  
Inn. ep. 1. ad Decent. c. 1. 2

Hæc sequebatur Fractio Evcharistiæ in hunc modum. Primum Papa ex Hostiis unam frangebat, & Particulam fractam supra Altare relinquebat, tum reliquis Hostiis super patenam quam Diaconus tenebat positis, ad Sedem suam revertebatur. Archidiaconus acceptum Calicem Subdiacono in cornu Altaris dextro stanti tradebat; moxque accipiebat Hostias, & in sacculos mittebat oblatos ab Acolythis, illas delaturis ad Episcopos & Presbyteros, qui easdem fran-

Kk 4 gerent;

Sæculum VI. gerent; Acolythos autem præcedebant  
 A.C. 599.

A.C. 599. duo Subdiaconi, ad Papam deferentes Patenam, in qua Hostiæ Pontificis erant, quas duo Diaconi deinde, ubi Pontifex annutu signum dedisset, frangebant. Archidiaconus Hostiis omnibus ex Altari sublatis, sola illa, quam Papa fregerat, Particula relicta (nam istud per totam Missam magna cura observari solebat, ne unquam Altare sine Sacrificio esset) signum Choro dabat, ut Agnus Dei cantaretur, & accedebat ad latus Pontificis, ad quem Diaconus Patenam cum fractis Hostiis deferebat. Papa toto illo tempore in Cathedra sua permanens communicabat stans & versa ad Orientem facie, tumque Particulam aliquam ejusdem Hostiæ, quam admorderat, in Calicem a Diacono oblatum, immittebat, illa ipsa verba pronuncians, quæ adhuc hodie Presbyter dicit, dum utramque speciem commiscet. Itaque duæ Particulæ consecratæ una præcedentis, & altera præsentis Sacrificii in Calice servabantur. (\*) Deinde Papa pretiosum Sanguinem sumebat ex manu porrigentis Archidiaconi, qui Calicem tenens, & ad cornu Altaris procedens, stationem sequens.

v. Mabill.  
 comm. c. 6.

(\*) Exinde contra Protestantes probatur antiquissimus usus Sanctissimum Sacramentum servandi.

sequentis diei annuatiabat. Tum modicum ex Calice fundebat in vas vino plenum, quod tenebat Acolythus; nam totum vinum ex commixtione Sanguinis Domini Nostri consecrari credebatur. (\*) Tunc autem accedebant Episcopi & deinde Presbyteri, ut Communionem de manu Papæ acciperent, & Archidiaconus iisdem Communionem Calicis præbebat, quod confirmare dicebatur. Postquam illi, qui in Sanctuario erant, communicaverant, Archidiaconus reliquum pretiosi Sanguinis fundebat in idem illud vas, in quod aliquam partem jam antea miserat, & Calicem evacuatum dabat Subdiacono in receptaculo reponendum.

Exinde Papa descendens de Sede sua Communionem porrigebat Viris ex Ordine Senatorio, ejusque vestigiis inhærens Archidiaconus iisdem porrigebat

K k 5      speciem

(\*) Aus diesen ersiehet man, daß man den Layen schon damah im sechsten Jahrhundert das heilige Blut, wenigstens nicht also, wie es der Priester zu sich nahm, reichete; So ist es dann kein Kirchenraub neuerer Zeiten, wie es unser Protestant hinschreibet. Alia quæstio moveri hic potest, an Fideles hoc modo communicantes verum Christi Sanguinem vel vinum non consecratum sumserint, quod aliis discutiendum relinquo.

Sæculum VI.

A.C. 599.

Ord. 2. n. 16.

Mabill. com.

c. 14.



Sæculum VI. A. C. 599. speciem Vini, quod admota fistula aurea attrahebant. Episcopi vero & Presbyteri Communionem populo deferebant sequentibus Diaconis, & speciem Vini distribuentibus. Ubi Viri in latere dextro communicaverant, Presbyteri ad lectus, in quo stabant foeminae, transibant. Quamprimum Papa Senatoribus Communionem præbere cœpisset, chorus Antiphonam ad Communionem, & Psalmum cantabat, dum omnis populus Communionem accepisset. Papa ad Sedem suam reversus, ibique adhuc quibusdam Clericis Communionem data, circumspiciebat, an omnes communicassent, & signo facto Subdiaconum iubebat cantoribus indicare, ut *Gloria Patri* cantarent, quo finito Antiphonam repetebant, & cessabant. Hæ Antiphonæ in Antiphonario S. Gregorii annotatae sunt, sicut eas hodieque dicimus; sed Psalmos, qui ibi sunt, non amplius dicimus.

## §. XX.

*Postrema Pars Missæ.*

Antiphona decantata Papa de Sede surgens, & ad Altare accedens, non conversus ad populum dicebat ultimo *Dominus Vobiscum*, & Orationem, quæ a nobis Postcommunio, tunc autem Conclusio appellabatur. Ea in Sacramentario

tario S. Gregorii eo modo, quo illam in qualibet Missa recitamus, cum quibusdam aliis, ne eadem semper recurrat, adnotata est. Tum ex Diaconis unus, cui id Archidiaconus præceperat, Papam aspiciens expectabat signum, quo dato, dicebat ad populum: *Ite Missa est*, quibus verbis auditis omnes discedebant. Papa ad Sacristiam redibat, præcedente Thuriferario, & septem Candelabra portantibus, & descendens de Sede sua Episcopis, Presbyteris, & omnibus Fidelium ordinibus, sicut illam petebant, Benedictionem impertiebatur. De alia Benedictione in hac Missa Pontificali nullum extat indicium. Siquando alius Episcopus absente Papa Officium Divinum Romæ celebrabat, eadem observantur Cæremoniæ paucis exceptis, nempe, in Papæ Cathedra non residebat, & primam Particulam, quam mittebat in Calicem, a Papa consecratam fuisse oportebat. Episcopus autem in sua Ecclesia celebrans omnia eo modo, quo Papa, peragebat.

Præter preces in Sacramentario an-  
notatas erant & aliæ minus solemnes,  
quas celebrans partim ante Missam, par-  
tim ea durante dicebat. Ante Missam  
dicebat preces prævias satis multas, cum  
Ministris, tum antequam vestiretur, tum  
cultum Sacerdotalem accipiens. Orabat  
etiam

Sæculum VI.

A. C. 599.

---

Ord. 5. &amp; 6.

Missa Illyr.

v. Menard.

Sacram. p.

166. &amp; not.

p. 330.

v. Mabill.

comm. in fine.

etiam

Sæculum VI. etiam procedens ad Altare, & ubi illic  
A. C. 599. pervenerat, cum Ministris Confessionem  
 recitabat. Alias item preces dicebat,  
 illo temporis intervallo quo Chorus Ky-  
 rie, Gloria in excelsis, Graduale, &  
 reliqua cantabat. Rursus orabat, prius-  
 quam Oblationes reciperet, dum eas re-  
 cipiebat, & postea. Rursus cum Incen-  
 sum benediceret, & Incensum offerret.  
 Fidelium præsentium precibus se com-  
 mendabat dicens: *Orate Fratres!* in  
 Communione quoque pro se & aliis o-  
 rabat, tandem Gratias Deo agebat, eas  
 ferme preces dicens, quas etiamnum in  
 reditu dicimus. Habemus quidem an-  
 tiquas harum precum collectiones; quæ  
 vero illius ævi, quo S. Gregorius exiit,  
 esse non creduntur.

## §. XXI.

*Cantus Gregorianus.*

Post illa, quæ ad Missam & ad Eucha-  
 ristiam pertinent, in Sacramentario  
 S. Gregorii, & in Ordine Romano con-  
 tinetur etiam Ritus conferendi Bap-  
 tismum, & ordinandi, quorum Sacrame-  
 torum Cæremonias superius retul-  
 imus. S. Gregorio satis non fuit preces dice-  
 das præscribere, sed etiam cantum de-  
 finivit, atque ut eam artem ad posteros  
 quoque propagaret, Romæ Cantorum  
 scholam fundavit, exinde post annos tre-  
 centos

*Sup. Lib.*

XXX. §. 42.

43. 44.

*Jo. Diac. II.*

c. 6.

centos Joannis Diaconi ævo adhuc existentem. Huic Scholæ donaverat aliquot fundos & duas Domos, unam Ecclesiæ S. Petri proximam, alteram prope S. Joannem in Laterano, ubi Joannis Diaconi ætate Antiphonarii ejus Authenticum, lectulus, in quo cantans acquiescebat, & flagellum, quo pueros terrebat, magna veneratione asservabantur.

Augustinus cum profectioem in Britanniam susciperet, ex hac Schola Romana Cantores in comitatu habebat, qui etiam Gallos erudierunt. Schola dicebatur non solum ille locus, in quo Discipuli canere discebant, sed etiam Chorus Ecclesiæ, & ipsa Cantorum Turba; imo illorum temporum usus omnibus hominum societatibus etiam Virorum militarium Scholæ nomen tribuebat.

Sæculum VI.  
A.C. 599.

c. 7.

vid. Cang.  
gloss.

## §. XXII.

### *Superstitiones sublatae.*

Ceterum non minor S. Gregorio Superstitiones tollendi, quam Cæremonias conservandi cura fuit. Id cognoscimus ex Mandato ad Cives Urbis Romanæ directo, cujus hic est tenor:

*Audivi, non nullos reperire esse inter vos, qui errores seminant; prohibitum esse die Sabbati laborare. Si præceptum Sabbati sanctificandi ad litteram servandum est, pariter præceptum Circumcisionis,*

XI. epist. 3.

nis,

Sæculum VI. *nis, etsi banc S. Paulus probibeat, servan-*  
 A. C. 599. *dum erit. Sed neutrum bodie nisi secun-*  
 Gal. 5. 2. *dum Legis Spiritum observatur. Dic-*  
*cunt etiam; Die Dominica balneo non*  
*utendum. Si quis balneo uti velit volu-*  
*ptatis causa, id nulla die fieri permitti-*  
*mus, si autem necessitas postulet, etiam*  
*Die Dominica lavari non probibemus;*  
*alias illa Die ne quidem faciem lavari*  
*liceret. Igitur Die Dominica a labore*  
*corporis abstinenceamus, & ad Orationem*  
*incumbamus, ut sex aliorum dierum tep-*  
*rem corrigamus.*

IX. epist. 47. Sanctus Vir jubebat, ut venefici &  
 Præstigiatores caperentur. Cum Adria-  
 num Notarium magno zelo contra hu-  
 jusmodi impostores agi sciret, laudat e-  
 jus propositum, promittit auxilium, hor-  
 tatur, ut in illud hominum genus inquit-  
 rat, & severe puniat. Maximianus E-  
 piscopus Syracusanus homines reos Ma-  
 leficii, quod *Cantermus* dicebatur, de-  
 prehensos in carcerem mitti curaverat,  
 sed morte præventus eos punire non  
 potuerat. Hinc S. Gregorius datis ad  
 Cyprianum Diaconum Patrimonii in Si-  
 cilia Rectorem litteris, huic eum *Causa*  
 invigilare jubet. *Reos, inquit, huc ad*  
*nos mitte, si ad istud iter adigi possunt;*  
*quia vero non posse existimo, in ipsis le-*  
*cis severe pænas exige. Spero, Liberti-*  
*num Prætorem tibi hac in re auxiliatu-*  
*rum;*

rum; etiamsi vero *Judex Sæcularis ad-* Sæculum VI.  
*versaretur, in tali causa cedere te non o-* A. C. 599.  
 porteret. Cujus generis sint magnæ  
 pœnæ, de quibus hic S. Gregorius loqui-  
 tur, nescimus, id tamen perspectum fit,  
 non nullos certorum criminum reos in  
 carcerem ab Episcopis missos fuisse.

## §. XXIII.

*Admonitio ad Episcopos.*

Cum ad S. Gregorium fuisset delatum, *VII. ep. 7.*  
 Concilium Constantinopoli brevi *ind. 2.*  
 esse convocandum, veritus, ne Cyriacus  
 Episcopus hac occasione uti vellet ad  
 conciliandam usurpato Episcopi Oecu-  
 menici Titulo Auctoritatem, ad præci-  
 pios Episcopos huic Concilio interfutu-  
 ros, nempe Eusebium Theffalonicensem,  
 Urbicum Dyrrachiensem, Andream Ni-  
 copolitanum, Joannem Corinthium,  
 Joannem Justinianensem, Joannem Cre-  
 tensensem, Joannem Larissæum, omnes Me-  
 tropolitas, & plures alios Epistolas dedit.  
 In illis originem repetens illius ambitio-  
 nis, quæ Joannem Jejunatorem afflave-  
 rat, subjungit: *Exhortor & suadeo, ne*  
*quis vestrum hujus nominis usurpatio-*  
*nem suo consensu approbet, ullum Scri-*  
*ptum, in quo hoc nomen legatur, reci-*  
*piat, aut sua subscriptione confirmet. Nam*  
*si aliquis Episcopus est Oecumenicus, ut*  
*ipse intendit, sequitur, vos non esse Epis-*  
*copos.*

Sæculum VI. pos. *Præterea certiores facti sumus, eos*  
A.C. 599. *Constantinopolim fuisse vocatos; ideo, ne*  
*quis occasione hujus Concilii vos fallat, quamvis sine Sacræ Sedis Auctoritate nihil firmum, validumve decerni possit, moneo vos, & coram Deo obtestor, ne sollicitationibus, aut blanditiis, aut promissis, aut minis quorumcunque hominum cedatis, sed Judicium æterni Judicis ante oculos mentis vestræ habeatis, & tanquam Pastores boni vigore Episcopali fortissimum pectus illi objiciatis, qui vult Ecclesiam dividere. Quamvis autem de isto Titulo invidiæ pleno nulla amplius mentio renovaretur, sollicitate cavete, ne quicquam in præjudicium cujuscunque Sedis, aut Personæ attentetur, aut Canones quocunque violentur. Si enim quisquam vestrum Canones læserit, aut iis, quæ in hac Epistola continentur, non obtemperaverit, a S. Petri Communione excludatur.*  
 Hæc Epistola Indictione secunda anno 599. data est.

## §. XXIV.

*Elemosynæ Constantinopoli Romæ transmissæ.*

*VII. epist. 2.* Indictione tertia ineunte seu mense Septembri ejusdem anni 599. S. Gregorius litteras ad Mauritium Imperatorem dedit, gratias agens pro libris auri triginta Civitatis Romanæ pauperibus trans-

transmissis, quas Cæsareorum ministro-  
rum aliquis attulerat. *Has, inquit Papa,*  
*Minister tuus inter Episcopos aliosque*  
*egenos optima fide distribuit. Ceterum*  
*multæ Moniales ex aliis Provinciis pro-*  
*fugæ in hanc Urbem venerunt, easque in*  
*Monasteria misimus, quoque locum in-*  
*venire potuerunt, reliquæ extra Monaste-*  
*ria cum paupertate colluctantur. Hinc*  
*illud, quod de largitate vestra superfuit,*  
*misellis dandum esse credidimus, postquam*  
*cæcis, mutilatis, ceterisque infirmis suam*  
*Eleemosynæ partem contulimus. Militi-*  
*bus quoque sua stipendia fuere numerata;*  
*hinc gratias agentes conquerendi finem fe-*  
*cerunt. Verisimile est, Episcopos, hic*  
*pauperibus annumeratos, tales fuisse, qui*  
*a Longobardis ex Ecclesiis suis pulsi Ro-*  
*nam confugiebant. De Monialibus au-*  
*tem S. Gregorius mentionem facit in alia*  
*quoque Epistola, data ad Theoctistam Im-*  
*peratoris sororem, & regendis Liberorum*  
*ejus moribus præfectam, quæ duobus*  
*ante annis parem pecuniæ summam*  
*nempe triginta auri libras sibi miserat.*  
*Gaudeo tui causa, inquit Papa in illa E-*  
*pistola, sed mihi timeo, non solum Bono-*  
*rum S. Petri, sed etiam tuorum aliquan-*  
*do rationem Deo redditurus. Crotona,*  
*urbe maritima, anno superiore capta, Lon-*  
*gobardi multos homines nobili stemmate*  
*natos in captivitatem abstraxerunt, quo-*  
*rum*

Sæculum VI.  
A. C. 599.

V. epist. 13.



Sæculum VI.  
A. C. 599.

quorum aliqui redempti fuerunt, plures vero in eorum potestate relictæ, quod nimium est, quod exigunt, pretium. Mediam partem acceptæ a te pecuniæ statim misi ad eos redimendos, & altera partem stragulas empturus sum pro Monialibus, quas perfrigida hujus hyemis tempestas multum affligit. Harum Monialium tria millia sunt, quibus per annum ex Bonæ S. Petri libræ octoginta præbentur. Sed quantum istud est pro tanta multitudine, præsertim in hac Civitate, in qua omnia cave emenda sunt. Vitam vero discunt adeo sanctam, ut piissimarum feminarum abstinentiæ & lacrymis in acceptis referendum existimem, quod inter Longobardorum gladios positi nec non consumti simus. Hæc ad Theodistam Epistola Indictione quinta anno 597 data est.

§. XXV.

Consilia Theodistæ & Gregoriana data.

*IX.ep.39.* Annis quatuor exinde elapsis S. Gregorius ad eandem Theodistam dedit Epistolam consolatoriam, cum relatum ei fuisset, quod Theodista aliquorum errorum perperam accusaretur, & ipsa idcirco vehementer affligeretur. Ille, inquit, qui vitæ suæ testem habet in Cælo, judicia hominum in terra non timet.

*Boni in hoc mundo cum improbis permixti vivere coguntur, & quia aliqui Bonos plus æquo laudant, Deus permittit, ut malorum calumniis intra humilitatis limites contineantur. Igitur quidquid de te dicant homines, noli dolere; sed quia facile efficere potes, ut obtrectatio cesset, puto, peccatum fore, si dissimulares. Scandalum Pharisaicum quorundam, quibus nunquam satisfacere possumus, contemnendum est, quando autem sine peccato possumus alterius scandalum tollere, tenemur.*

*Porro id jam tibi faciendum esse existimo. Spectatissimos illorum, qui de te conqueruntur, ad colloquium vocabis, Fidem tuam eis expones, & ipsis audientibus errores, quorum te insimulant, anathematizabis, & si credant, ut fertur, in Anathematismo tuo sinceritatem desiderari, etiam juramento confirmabis. Nec putes, istud satisfactionis genus infra Dignitatem tuam esse, cum omnes fratres simus, ab eodem Domino creati & redempti. Quamvis S. Petrus ligandi & solvendi, patrandique Miracula potestatem accepit, Auctoritatem tamen suam non objecit exprobrantibus, quod in domum Cornelii intrasset, & non dixit, ovium non esse, Pastorem suum corrigere, sed submisit facti sui rationem reddendo eis satisfecit. Meminisse oportet, Summum*

Saeculum VI. Pontificem esse, qui in hunc modum loquitur. (\*) Tum prosequitur: *Illo tempore*

(\*) Hier ist eine Anmerkung unsers Uebersetzers, welche in ihrem vollen Inhalt also lautet: Der Abt *Fleury* hat hier ganz kurz abgehandelt, ohne das hinzu zu setzen, was er eben dabey noch in seinem Herzen gehabt, und das er nach aller Wahrheit hätte sagen können. Denn wenn die Päbste in den folgenden Zeiten entweder hierinn *Gregorii* gehandelt, oder nach seiner Vorschrift gehandelt hätten, so würden viele Aergernisse, und Spaltungen seyn verhütet worden. So aber ist der geistliche *Despotismus* das größte Unglück für die Kirche, ja auch für die Römische Kirche geworden. Man kann solches unter andern aus dem Streite wegen der *Constitution Unigenitus* erkennen, der nun schon viele Jahre gedauret, so viel betrübte Wirkungen nach sich gezogen, und vielleicht noch nach sich ziehen wird. Nicht gemeine Schwärmer und Layen, sondern Hirten und Bischöffe dieses Königreiches haben den Pabst um Klärung und Befriedigung gebethen; es ist ihnen aber dieselbe versaget worden, und der Tag ist so nahe nicht, da sie erfolgen möchte.

Nun wenn diese Anmerkung aus der Feder eines Katholicken herkäme, könnte man einen guten Verstand, und eine Folge daraus ziehen. Was soll sie aber in dem Munde eines Protestantens für einen Sinn haben? Wir wollen es sehen. Wenn

pore, quo Constantinopoli versabar, aliqui <sup>Sæculum VI.</sup>  
 accusati, quod hos errores foverent, ve- <sup>A. C. 599.</sup>  
 L 1 3 nerunt

die Päbste in den folgenden Zeiten eine solche Gesinnung gehabt hätten wie der heilige Gregorius, so würden viele Spaltungen seyn verhütet worden. Das kann seyn, mein Herr! Allein so wären seine Voreltern Er und seine Herren Glaubensbrüder in der Gemeinschaft mit den Römischen Päbsten, das ist, im protestantischen Verstande, mit dem Antichrist oder mit dem apocalypstischen Greuel verblieben; denn man muß wohl beobachten, daß der heilige Gregorius auch hier in dieser ganzen Stelle dem heiligen Petrus einen Obergewalt beyleget, wie auch daß aus dem ganzen Betragen und aus allen Schriften dieses heiligen Pabstes deutlich erhellet, er sey in seinem Herzen überzugenet gewesen, daß ihm als Nachfolger Petri auf dem Römischen Stuhle eine Jurisdiction über alle Kirchen der Christenheit zustünde, und folglich Jesus Christus in der allgemeinen Kirche zwar keinen Despotismus, sondern eine Hierarchia, welche unser Protestant in dem Vorurtheile seiner Erziehung als eine Erfindung des Ehrgeizes ansieht, verordnet habe. Ich will aber den Herrn Protestant an etwas erinnern, was nach einem geistlichen Despotismus schmäcket, nämlich an die Worte des Luthers, da solcher zu seiner Vertheidigung wegen des in der Bibel hinzugesickten Wortes Sola geschrieben: Sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas. † Mit dem Streite wegen der Constitution Unigenitus darf sich der Herr Protestant nicht breit machen; denn die Päbste wolten <sup>† Tom. IV. Jenæ lat. fol. 29. Es</sup> *alibi sæpius,*

Sæculum VI. *nerunt ad me; at coram Deo edico, nam*  
A. C. 599. *quam me istos errores in hominibus illis*  
 depre

wolten nur darum keine Erklärung geben, weil solche die vorige Unruhe nicht gestillet, und vielmehr zu noch mehrer Weitläufigkeiten Anlaß gegeben hätte, sonderlich da die Constitution schon von dem größeren Theile der Bischöffe eben desselben Königreiches angenommen war; und was damals nicht geschehen, haben wir in unsern Tagen erlebt. Nämlich, als die versammelten Bischöffe über die Verweigerung oder Reichung der heiligen Sacramente an diejenigen, welche sich wider die Bulla Unigenitus widerspenstig erzeigten, nicht vereinigen konnten, so haben sie ihre verschiedenen Meinungen mit Genehmhaltung des Allerchristlichsten Königs zur Päpstlichen Entscheidung nach Rom geschicket, worauf Benedictus XIV. mit einer Antwort oder einer den 16. Octob. 1756. datirten Bulla, in welcher gewiß kein Despotismus-Geistes, sondern Sanftmuth, väterliche Liebe und Sorgfalt dem heiligsten Vater die Feder geführet, die Hirten der Französischen Kirche beruhiget hat.

Endlich, gesetzt, es hätten einige Päpste wider die Vorschrift des Herrn hochmüthig gebandelt oder geschrieben, so kann doch dieses der Jesu Christo verordneten Hierarchia und der Jurisdiction des Römischen Stuhles so wenig schaden, als einstens dem Volke Gottes die Unrechtheit der Hohenpriester in der Synagoge, welchen Christus gesaget: † Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei &c.

† Matth. 23.

deprehendisse. Idcirco aliorum sermones Sæculum VI.  
contennebam, hos viros, cum venirent, A. C. 599.  
familiariter recipiebam, & contra perse-  
cutores studiose defendebam.

Matrimonium sub prætextu Religio-  
nis solvere dicebantur, tum etiam affir-  
mare, quod Baptismus peccata non peni- Epistola ad  
tus deleat, & si quis penitentiam tribus Theocistam.  
annis egisset, is deinde peccare posset, ut  
luberet. Denique etiam si a quoquam er-  
rorum istorum aliquem anathematizare  
compellerentur, hoc anathematismo nulla-  
tenus adstringerentur.

Si qui homines his opinionibus in hæ-  
rent, res dubio vacat, Christianos non esse.  
Hos ego, & omnes Episcopi Catholici, &  
tota Ecclesia anathematizamus. Deinde  
S. Gregorius hos errores ex Scriptura  
solide refutat, & iterum dicit, se Con-  
stantinopoli invenisse neminem, qui il-  
los defendat, additque: *Nec credo ali-*  
*quos ibi omnino existere, quippe nunquam*  
*meam fefellissent vigilantiam. Sed non*

c. 4.

L 1 4

nulli

Wenn aber der gerechteste Gott zugelassen,  
daß der Fall des Luthers die Trennung ganzer  
Königreiche nach sich gezogen, so ist solches zwar  
für die Römische Kirche als eine allgemeine Mut-  
ter der Christenheit der empfindlichste Schmerz;  
Allein der Schade und das Unglück betrifft leyder  
diejenigen, welche sich von ihr aus unerforschlichem  
Verhängniß Gottes abgesondert haben.

Sæculum VI. *nulli Fideles, nimio zelo ferventes, Hæreticos fingunt, dum innocentes, quos Hæreticos putant, persequuntur.* (\*) *Talium hominum infirmitati non nihil dandum, & cum nostra lenitate tum argumentis vincendi sunt.*

VI. epist. 22. S. Gregorius data anno 597. ad Gregoriam, Matronam Imperatrici a cubiculis, Epistola, inter alia hæc habet: *Disce, te non cessaturam, importune etiam urgere, donec tibi perscripserim, nihil Cælitus fuisse revelatum, remissa esse tua peccata. Scias velim, te a me petere rem perdifficilem, & tibi non utilem. Difficilem, inquam, ego enim indignus sum, cui secreta Cælestia revellentur, & tibi inutilem, quia non expedit tibi, secretum esse, de reddenda ratione peccatorum tuorum usque ad vitæ tuæ exitum, ubi confidere non amplius poteris. Securitas Mater socordiae. Nihil tibi magis proficuum, quam ut modico hujus vitæ tempore timeas, & sic ad æternæ lætitudinis securitatem pervenias.*

## §. XXVI.

S. Theodorus Siceota Episcopatu  
abdicat.

vit. ap. Boll. 22. Apr. c. 9. Sub idem ferme tempus S. Theodorus Siceota

(\*) Nimii sunt quandoque Theologi, dum in æstu Disputationis alter alterum Hæresis absolutæ, vel saltem respectivæ talis, incusant.

Siceota Constantinopolim evocatus est. Sæculum VI.  
A. C. 599.  
Is cum annis decem Episcopatum tenuisset, executus est, quod diu ante sibi propositum fuerat, ut deponeret Ecclesiæ regendæ onus, quod invitus subierat. Cum jam tertio iter Jerosolymam suscepisset, in Laura S. Sabæ sedem figere volenti, S. Georgius per quietem apparens præcepit, ut in Patriam reverteretur.

c. 8.

S. aliquis Eremicola ex superiore Syria, nomine Antiochus, Constantinopoli rediens ad S. Theodorum divertit. Annum vitæ tunc agebat Antiochus centesimum, jamque annis sexaginta nec vinum bibebat, nec oleo utebatur, & annis triginta non comederat panem, sed tantum crudis oleribus, quæ sale & aceto condiebat, vescebatur. Is S. Theodoro quærenti, an non crederet, sibi expedire, ut relictis omnibus ad optatam solitudinem convolaret, suavit, ut sine mora opere impleret, quod tam diu meditabatur, cumque a Theodoro recessisset, bonus Senex migravit ad Dominum. S. Theodorus Muneris Episcopalis onera ægerrime ferebat, nec a dulcedine contemplandi res Divinas avelli poterat, ut negotiis sæcularibus vacaret. Ecclesiæ Fundos cuidam Civi, cui nomen Theodosius, locaverat, cumque Coloni ad ipsum venissent, & querelas attulissent, quod Theodosius eos pessime haberet,

c. 9.

Ll 5

Vir



Sæculum VI. Vir Sanctus eundem corripuit, hortatus  
A.C. 599. que est, ut Christianæ mansuetudinis me-  
 minisset. Ille admonitione contempta  
 cum Colonis multo quam ante ferocius  
 egit. Ergo ad seditionem concitati,  
 gladiis & fundis armati accurrunt, & ne-  
 cem ei illaturi videbantur, nisi celesti  
 fuga in Civitatem se recepisset. Ha-  
 re ad S. Episcopum delata diem integrum  
 inter preces & lacrymas exegit, times-  
 ne efferati homines in cædes prorump-  
 erent. Tum vocato ad se Theodosio,  
 prohibuit, ne unquam in illum locum  
 rediret. Is culpam in Episcopum retri-  
 cere, ipsius enim patientia Rusticos pe-  
 jores fieri. Tum convicia in eum effu-  
 dit, & tandem sellæ, in qua acquiesce-  
 bat, pedem tanto impetu impexit, ut de-  
 jectus Episcopus in terra supinus jace-  
 ret. Clamabat etiam vir furiosus, se  
 duas auri libras exacturum, quibus in-  
 demnis præstaretur, cum locationis tem-  
 pus necdum effluxisset. S. Episcopus  
 terra surrexit, & nullo iracundiæ motu  
 turbatus juravit, se non amplius hujus  
 Ecclesiæ Episcopum futurum, sed ad suum  
 Monasterium rediturum. Paulo post et  
 sumto veneno, quod perditii homines  
 Viro Sancto propinaverant, semivivo de-  
 cubenti Sancta Virgo, conspicua facta  
 datis tribus granis pristinas vires reddi-  
 dit, & sceleris Auctores aperuit. Horum  
 nom

nomina ipse, quoad in vivis fuit, nemi-  
 ni manifestans Deum pro iis orabat. I-  
 tem accusabatur, quod plus justo Mona-  
 sterium suum amaret, eique conferret,  
 quæ ad Ecclesiam pertinerent, cum ta-  
 men de solidis aureis trecentis sexagin-  
 ta quinque, quos mensæ Episcopali im-  
 pendere potuisset, tantum quadraginta  
 acciperet, & reliquos Ecclesiæ suæ dona-  
 ret. S. Theodorus præterea vehemen-  
 ter dolebat, quod Cives monitis & ex-  
 hortationibus suis meliores non fierent,  
 nec a via vitiorum abstrahi se sinerent,  
 & insuper ipso absente Monachi sui in  
 tantum teporem laberentur, ut e Mona-  
 steriis aufugere meditentur.

Tandem postquam diu orasset, &  
 certus esse sibi videretur, quod Deo vo-  
 lente Episcopatum relinqueret, Clericis  
 suis & Populo congregatis ait: *Scitis,  
 Fratres mei! quod Dignitatem istam mi-  
 bi invito contuleritis; quamvis enim me  
 tanto oneri ferendo imparem palam pro-  
 fiterer, voluntati vestræ obtemperandum  
 fuit. Undecimus jam annus agitur, ex  
 quo ego vobis oneri sum, & vos mihi. Id-  
 circo rogo vos, ut vobis alium Pastorem  
 quærat. Ego nolo vobis amplius præ-  
 esse, sed ad Monasterium meum redibo, ibi  
 tanquam pauper Monachus, quoad vivam,  
 Deo serviturus.* His dictis, adlecto sibi  
 viæ socio Joanne, Archidiacono sui Mo-  
 naste-

Sæculum VI.

A. C. 599.

S. Theodo-  
rus Siceota.

Sæculum VI. A. C. 599. nasterii, Ancyram se contulit, ubi Paulum Episcopum Metropolitanum suum rogavit, ut sibi Successorem daret. Paulus, postquam acrioribus verbis diu disceptassent, tamen adduci non potuit, ut consentiret, sed inter ambos convenit, ut Cyriaci Patriarchæ Constantinopolitani arbitrium expectarent. Itaque S. Theodorus Imperatori, & Patriarchæ suppliciter factus est, ut sibi Successorem deligerent; & quamvis Paulus Ancyranus causas exposuisset, cur in ejus abdicacionem consentire nollet, Cyriacus tamen ex Mandato Imperatoris respondit, ratam esse habendam Theodori Resignationem, ita tamen ut ob Virtutis claritatem ei Dignitatis Episcopalis Insignia non adimerentur. Id etiam executioni datum.

ε. 10.

Haud ita multo post tempore Mauritius Imperator, Cyriacus Patriarcha & Optimates Imperii datis litteris S. Virum rogarunt, ut Constantinopolim veniret, eisque benediceret. Brevi quidem tempore ibi moratus, insolita tamen edidit miracula, & inter alia unum de Imperatoris Liberis lepra infectum sanitati restituit. Exemptiones pro Monasteriis suis obtinuit singulares, nempe ut a Jurisdictione cujuscunque Episcopi exempta & soli Ecclesiæ Constantinopolitane subjecta essent. Istæ Exemptiones

nes Monachorum omnino notatu dignæ <sup>Sæculum VI.</sup>  
 sunt, cujus rei exempla etiam in Africa <sup>A. C. 599.</sup>  
 occurrunt.

## §. XXVII.

*Patriarchæ Antiocheni & Jeroso-  
 lymitani.*

Anastasius Patriarcha Antiochenus Na-  
 turæ concessit sub idem tempus, <sup>Supra Lib.</sup>  
 nempe sub finem anni 598. cum sedisset <sup>XXXIV. n.</sup>  
 distinctis vicibus annis sexdecim, prima <sup>10. n. 22.</sup>  
 vice annis undecim ab anno 561. usque <sup>XXXV. n. 30.</sup>  
 ad annum 572. quo ipse pulsus, & Gre-  
 gorius in ejus Sedem intrusus, deinde  
 annis quinque postquam anno 593. resti-  
 tutus fuisset; unde sequitur hunc virum  
 ad summam senectutem pervenisse. Po-  
 steritati reliquit aliquot Epistolas & Ser-  
 mones, quorum aliqui hodieque super-  
 sunt. Id vero attendendum, ne ipsius  
 Scripta aut Persona confundantur cum  
 S. Anastasio Sinaita Presbytero & Mona-  
 cho, qui Anastasio Antiocheno annis vi-  
 ginti superstes fuit, aut cum Anastasio  
 Antiocheno Successore ejus, qui, ut ab  
 ipso discerneretur, dictus est junior, & <sup>In Lib.</sup>  
 Sedem annis novem tenuit. Ad hunc <sup>XXXVII.</sup>  
 posteriorem S. Gregorius circiter mense <sup>n. 20.</sup>  
 Majo Indictione secunda anno 599. scri-  
 bens dicit, Confessionem Fidei ejus sibi <sup>VI. epist. 48.</sup>  
 placere, & hortatur, ut in primis auspi-  
 ciis Ecclesias sibi subjectas a Simonia la-  
 be,

Sæculum VI. be, qua laborabant, purgando Potestatis Sacerdotalis experimentum caperet.

A. C. 599. S. Gregorius similia scripsit ad Helichium Patriarcham Jerosolymitanum Amos Successorem anno 601. Indictione quarta, ex qua epistola dispicitur, Simoniæ vitium in Oriente fuisse frequentissimum. In eadem epistola S. Gregorius Mauritium Imperatorem hoc Elogio enun-  
*nat; ipso regnante nullum Hæreticum mutare ausum.*

IX. ep. 40.

§. XXVIII.

*Opera S. Eulogii Alexandrini.*

Sanctus Eulogius Patriarcha Alexandrinus multis editis libris diversas Hæreticorum Sectas, quibus turbabatur Ecclesia ejus, exagitavit. Sex libris contra Novatianos scriptis, in quatuor partibus, Hæresin eorum summatim oppugnabat. In libro quinto probabat, contra Doctrinam Novatianorum Alexandriae versantium Martyres esse honorandos. In sexto refutabat librum fabulosum, cui titulus: *Novati Episcopi Certamen.* Scripsit Tractatum duodecim libris ad defendendam S. Leonis Epistolam contra Timotheum & Severum eumque Domitiano Episcopo Melitenensi inscripsit. De eadem Materia in alio libro egit, & Satyram composuit, in Genitas & Acephalos, in qua simulata

Cod. 216.

p. 767.

Cod. 227.

p. 778.

eorum concordiam & fœdera, quæ ad Sæculum VI.  
 tempus propriæ fidei proditores inierant, A. C. 599.  
 carpebat, atque, quam diversa sint ab illa  
 Discretionem, qua non nunquam vera Ec-  
 clesia sapientissime utitur, demonstra-  
 bat. Præterea hujus Discretionis Regu-  
 las exquisitas in hoc opusculo S. Eulogius  
 tradebat. Et ut paucis dicam omnia,  
 ad defendendum Concilium Calcedo-  
 nense, S. Leonem, & S. Cyrillum, egre-  
 giam navaverat operam. Verum ex omni-  
 bus his S. Eulogii Operibus nihil aliud  
 nobis superest, quam prolixa in Biblio-  
 theca Photii fragmenta. Cod. 230.  
pag. 831.

Nullos alios Hæreticos acrius suo ca-  
 lamo perstrinxit S. Eulogius, quam A-  
 gnoitas, Jesu Christo ignorantiam affin-  
 gentes; quippe quibusdam locis Evan-  
 gelii, ubi Christus tanquam aliqua igno-  
 rans loquitur, abutebantur. Cum hæc  
 Scripta S. Gregorio Papæ misisset, is re-  
 spondit: *omnia, quæ legi, admiratione* VIII. ep. 41.  
*digna sunt; nam Doctrina tua Doctrinæ*  
*Patrum Latinorum ita consentanea est,*  
*ut amplius non mirer, olim in diversita-*  
*te linguarum eundem Spiritum S. locutum*  
*fuisse.* Tum approbat, quæ S. Eulogius  
 respondet ad Textus ab Agnoitis addu-  
 ctos, videlicet Jesum Christum ficos  
 quæsisisse, cum non esset tempus fico-  
 rum. Ipsum dicere, se nescire diem aut Marc. II. 13,  
13. 32.  
 horam Judicii: Item dixisse ad Virginem  
 Matrem

Sæculum VI. Matrem suam : *Quid mihi & tibi est  
 A. C. 599. necdum venit hora mea.* Et de Lazaro  
 mortuo : *ubi posuistis eum?* ad ista S. Gre-  
Joan. II. 4. gorius ut plurimum S. Augustini Autho-  
 ritatem adducit, & subjungit : *satis lo-  
 quet, neminem, nisi Nestorianus sit, ag-  
 noitam esse posse.* His S. Papa ostendit  
 quantum Hæresis ista a sana ratione ab-  
 horreret; nam Agnoitæ erant aliqua Sæ-  
 cta Eutychianorum, qui cum Catho-  
 licos tanquam homines Nestorii Hæresi in-  
 fectos proclamarent, ipsimet in eandem  
 Hæresim, quam tantopere execrari se  
 dicebant, relabebantur. S. Gregorius  
 deinde dicit, Anatolium Diaconum,  
 Nuncium suum Constantinopoli aliam se-  
 bi Quæstionem proposuisse, & in hunc  
 modum interrogasse : *Quid respondebo,  
 si mihi objiciant; sicut Jesum Christum,  
 licet esset Immortalis, voluisse pro nobis  
 mori, & licet esset æternus, tempore mor-  
 surari voluisse, ita etiam Sapientiam De-  
 voluisse suscipere ignorantiam nostram,  
 nos ab ignorantia liberaret? ad hæc  
 necdum Responsum dedi, inquit S. Gre-  
 gorius, gravi morbo hucusque impeditus  
 sed jam ope orationis vestræ convalescens  
 mihi videor. Ceterum scias etiam, non  
 magna Interpretum penuria laborare; nu-  
 los habemus, qui sensum integrum reddere  
 possint, sed verba singulatim accepta  
 explicant; unde non sine maxima difficul-*

tate versiones ipsorum intelligere valemus. Sæculum VII  
A. C. 600.  
Hæc epistola Mense Febr. Indictione ter-  
tia id est anno 600. data est.

## §. XXIX.

## S. Gregorius ægrotat.

In alia epistola eodem anno mense Julio  
ad S. Eulogium data dicit: *Anni pro-* VIII. ep. 35.  
*pe duo effluxerunt, ex quo lecto affixus* Sup. n. 27.  
*bæreo, podagra laborans, & tam vehe-*  
*mentes pedum dolores patiens, ut in Fe-*  
*stis vix ad horas tres surgere, & Missam*  
*celebrare valeam.* Superius vidimus Mis-  
sam secundum Ordinem Romanum fuis-  
se admodum longam, & non nunquam  
omnia Officia Divina sub hoc nomine  
fuisse comprehensa. Tum S. Gregorius  
prosequitur: hac finita illico mihi repe-  
tendus est lectus ob vehementiam dolo-  
ris, qui equidem nunc remittit, nunc  
acutissime me torquet, nunquam tamen  
penitus cessat, aut tantus est, ut necet.  
Exinde post menses sed ad Amicum suum VIII. ep. 118.  
Venantium, qui relicto Instituto Mona- Sup. L. XXX  
stico uxorem duxerat, & tunc etiam do- n. 20.  
loribus podagricis vexabatur, scribens IX. ep. 25.  
dicit: *Quid in his doloribus agendum no-*  
*bis restat, nisi ut peccatorum nostrorum*  
*reminiscamur, & Gratias agamus Deo,*  
*quia affligendo purgat carnem istam, tot*  
*peccatorum causam? pœna præsens si nos*  
*emendat, eadem præcedentis culpæ finis*  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. M m erit,*



Sæculum VII erit, secus vero, est pœnæ sequentis principium. Igitur summopere nobis cavendum est, ne ex uno supplicio in alia involvamur. Perpendamus Clementiam Dei,

A.C. 601.

minantis mortem, quam meremur, eoque differentis, ut Judiciorum suorum timorem salutarem incutiat. Quot Peccatores miseri criminum suorum ceno immersi usque ad mortem perseverarunt, & ne quidem levi capitis dolore admoniti, subito percussi, Inferni flammis traditi sunt? Ita S. Gregorius occasione mortis, quo tam ipse quam amicus ejus decubebat, utitur, ut eum ad Pœnitentiam excitaret. Haud multo post tempore,

IX. ep. 31.

sciens, eo usque vim morbi invaluisse, ut de ejus vita actum esset, datis ad Joannem Episcopum Syracusanum, ubi Venantius erat, litteris monet, & eum ad resumendam vestem Monasticam, saltem in ultimo vitæ articulo positum, exhortaretur, & irrevocabile Dei Judicium minitaretur. Simul etiam S. Gregorius duas Venantii filias Barbaram & Antoniam per epistolas consolabatur, & cura paterna fovebat.

IX. ep. 30.

Mense Februarii ejusdem anni 601 de sua valetudine scribebat in hunc modum: *Multum jam temporis effluxit, et quo de lecto surgere non possum. Jam enim podagra me torquet, jam ignis, nescio quis, non sine magno dolore per omnes dies*

IX. ep. 27.

nas grassatur, ita ut animo dejiciar. *Aliarum infirmitatum mearum tantus est numerus, ut iis omnibus recensendis par non sim. Paucis dicam; humoris maligni pernicies ita in omnes artus meos penetravit, ut vitam fastidiam. Exspecto, & cupio mori, tanquam unicum malis meis remedium.* Rursus ad nobilem fœminam, *IX. ep. 38.* nomine Rusticianam, pariter podagra afflictam scribens ait: *Timeo, ne nimis doloribus succumbat delicatum corpus tuum. Scis, qualis fuerim, & tamen cordis amaritudine, continuo mœrore, & acerbis podagræ doloribus ad eam tenuitatem redactus sum, ut corpus meum sicut cadaver in sepulchro exsiccatum sit. Vix unquam levare e lecto possim. Si igitur podagra corporis mei massam consumere valuit, quæ tui jam corporis macies sit, cum jam ante vix ossibus hæseris? Hæc verba conjecturæ locum dant, S. Gregorio, dum bona valetudine fruebatur, magnum & validum corpus fuisse. Prius in hac epistola dixerat, se tunc, cum a Rusticiana missus tabellarius advenisset, adeo defecisse, ut nulla vitæ spes superesset.*

## §. XXX.

*Monita Mariniano Ravennatensi data.*

*Hæc dispicimus ex epistola ipsius S. IX. ep. 28. Gregorii sub idem tempus ad Ma-*

M m 2

rinia-

Sæculum VII  
A. C. 601.

Sæculum VIIrinianum Episcopum Ravennatensem da  
 A. C. 601. ta. Cum non sine maximo meo morore

ab aliis perceperim, inquit, quod sanguinis vomitu labores, jussi consuli Medicos, qui hic inter ceteros excellunt; quid hi sentiant, tibi scriptum transmitto. Omnia silentium & quietem tibi præscribunt, sed vereor, ut hæc servare possis, si in Ecclesia tua maneat; quare tibi suadeo, ut tuis constitutis, qui Missas celebrent, negotia Diæcesis tractent, Hospites advenientes excipiant, & Monasteria regant, huc venias ante æstatem, ubi ipse ego, ut potuero, valetudinis tuæ curam geram. Quippe Medici affirmant, huic morbo tempus æstivum maxime nocere. Plurimum interest, ut integris viribus ad Ecclesiam tuam redeas, aut si aliter de te Deus decreverit, saltem inter amicorum manus obdormias. Ego vero, qui me morti proximum perbene novi, si me Deus te adhuc vivo ex ergastulo hujus corporis evocet, inter manus tuas expirare cupio. Si venias, paucos tecum habeas ministros, nam in Domo Episcopali apud me divertes, & auxilia necessaria hæc Ecclesia tibi suppeditabit. Ceterum non exhortor, sed districte præcipio tibi, ut jejunare cesses, quia dicunt Medici, malum tuum inedia augeri. Nolo, ut sæpius in anno quam quinquies, videlicet in solemnioribus Festis jejunes. Etiam a Vigiliis absis; sed Be-

*nedictionem Cerei & Evangelii expositio-* Sæculum VII  
A. C. 601.  
*nem, quam Episcopi in Paschate pronun-*  
*ciare solent, ab alio recitari jube. Hæc*  
*epistola mense Febr. anno 601. data est.*

## §. XXXI.

*Constantius Mediolanensis obit.*

Constantio Episcopo Mediolanensi anno superiore fatis functo, vehementer indoluit S. Gregorius; nam vir erat Disciplina Ecclesiasticæ tenax, & in Custodia Civitatis suæ vigilantissimus. Hæc VII. ep. 65. de illo ad populum & Clericos Mediolanenses scribit, & subjungit, Electionem Diaconi Deusdedit sibi pergratam esse, addens: *sed tantum faciem ipsius & non mores novi, idcirco tam Dei honor, quam utilitas vestra postulat, ut sollicite examinatis, an in vita præterita bujus viri nulla culpa deprehendatur, ob quam juxta Canones repelli mereatur, præterea an Regimini, & Disciplina conservandæ idoneus sit. Si dignum judicatis, volumus, ut vi hujus epistolæ ordinetur.*

*Illud autem, quod vobis Agilulphus scripsit (erat is Rex Longobardorum) non vos terreat; nunquam enim consentimus, ut vir ab aliis quam a Catholicis & præsertim a Longobardis (\*) electus*  
M m 3 ordi-

(\*) Ex his cognoscimus, necdum illo tempore totam Longobardorum Gentem Fidem Jesu Christi suscepisse.

Sæculum VII ordinetur, nempe hoc ipso indignus, qui

A. C. 601. S. Ambrosio succedat. Nec est, quod timor  
meatis, nam Ecclesiæ Mediolanensis fundi,  
Deo sint Laudes! non in potestate inimicorum,  
sed in Sicilia & aliis Regionibus

IX. ep. 21. Imperio subditis positi sunt. Ne igitur  
vos movaremur, Pantaleonem Notarium  
nostrum misimus, qui nostro consensu, &  
pro more Deusdedit consecrari procurat.

§. XXXII.

Fortunati Neapolitani Obitus.

Ecclesia Neapolitana, Fortunato defuncto, sub idem tempus vacante, populus in Electione Successoris inter duos Diaconos Joannem & Petrum in partes abiit. Re ad S. Gregorium Papam per scripta, illis respondit: *Hac voluntatis diversitas nec nova est, nec vituperanda, sed comperi, quod Joannes Diaconus filiam habeat adhuc parvulam; unde nec illum eligi, nec ipsum in Electionem consentire oportebat, cum necdum satis servanda Continentia probatus esset. De Petro Diacono ajunt, virum esse simplicem admodum; scitis vero Ecclesiam, præsertim temporibus, indigere Viro, qui non solum Saluti animarum, sed etiam securitati & commodis civilibus Gregis invigilet.* (\*) Vult dicere, in occasu

(\*) Ex his Lector facile dispiciet originem & occasionem, qua multi Episcoporum sibi etiam Jura Principatus vindicarunt.

Imperii in Italia Episcopalis Officii fuisse Sæculum VII  
 se, aliquam Regiminis sæcularis partem A. C. 601.  
 obire. Omnis conditionis homines ad VII. ep. 75.  
 repellendum Longobardorum jugum ad VIII. ep. 40.  
 hibebantur, & Monachi quoque excu-  
 bias in muris Civitatis agere compelle-  
 bantur. Quod ipse S. Gregorius refert.  
 Tum de Petro Diacono subjungit: *Id*  
*quoque de hoc Diacono ad me retulerunt,*  
*quod datis pecuniis mutuis usuras accepe-*  
*rit. Rogo vos, ut in hujus rei veritatem*  
*accurate inquiratis, & si fecerit, alium*  
*eligatis, nam Usurariis manus imponere*  
*non solemus. Si hæc accusatio falsa est,*  
*veniat, & Decretum Electionis afferat.*  
*Sed præter istum etiam alium nominate,*  
*qui ordinari possit, quia magno probro*  
*vestræ Ecclesiæ verteretur, si uno repul-*  
*so nullum amplius Episcopatu dignum re-*  
*perire esset. Hæc epistola mense Aug.*  
 anno 600. Indictione tertia data.

Quamvis S. Gregorius arbitraretur,  
 tantam esse temporum illorum calami-  
 tatem, ut Episcopi rerum temporalium  
 curam aliquatenus in se suscipere coge-  
 rentur, cujus rei exemplum ipsemet da-  
 bat, nihilominus eosdem in suis episto-  
 lis paterne exhortabatur, ne temporali-  
 bus causis se dederent. *Memineris, in-*  
*quiebat ad Januarium Calaritanum, te VII. epist. 2.*  
*ind. II.*  
*non rerum temporalium, sed Animarum*  
*curam suscepisse. His regendis & ad sa-*  
 lutem

**Sæculum VII** *lutem perducendis cogitationes cordis tuæ*  
**A.C. 601.** *sollicitudinem tuam, & studium omne im-*  
**VIII. ep. II.** *pende.* Rursus in epistola ad Romanum  
 Patrimonii in Sicilia Rectorem: *Dicitur*  
*Basilium Episcopum negotiis secularibus*  
*occupari, sicut Laicum, & Prætoris in-*  
*utilem operam præstare.* Id est, secus-  
 dum explicationem magis verisimilem  
 ipsum Magistratui a Consiliis fuisse. Tum  
 S. Gregorius prosequitur: *cum munda*  
*istud tam Sacerdotio, quam ipsius Perpe-*  
*næ probro sit, compelles, ut intra dies*  
*quinque eo se abdicet.*

Ambolus Diaconis Joanne & Petro  
 ab Episcopatu exclusis, & Pascasio in Ep-  
 iscopum Neapolitanum ordinato, præ-  
 cepit S. Gregorius, ut illius Ecclesie pe-  
 cunia, ab Antecessore ejus Fortunato in  
**IX. epist. 29.** Clericos & pauperes, ut oportuisset,  
 non distributa, nempe aurei Solidi quæ-  
 dringenti, seponerentur, & in pauperes  
 Clericosque erogarentur. Haud multo  
 post tempore hujus distributionis ratio-  
 nem & modum Pascasio præscriptum mi-  
 sit, jussitque, ut Anthemius Subdiaconus,  
 Patrimonii in Campania Rectorem,  
 distributioni adesset. Hæc epistola mensis  
 se circiter Februario anno 601. data est.

§. XXXIII.

*Monachorum Privilegia.*

Quinto Mensis Aprilis sequentis, In-  
 dictione quarta S. Gregorius Papa  
 Roma

Romæ celebravit Concilium, cui Episcopi viginti & unus. & Presbyteri sexdecim subscripserunt. Omnium primum occurrit Nomen Mariniani Ravennatensis; unde videmus, quod Papæ consilium secutus Romam venerit. In hoc Concilio S. Gregorius Constitutionem condidit Monachis faventem, quæ non tam nova Constitutio dici potest, quam Extensio Privilegii, ante triennium Monasterio Classensi concessi. Monasterium istud, haud procul Ravenna situm, SS. Joanni & Stephano sacrum tunc Claudius Abbas regebat. Ipsum Privilegium ad Marinianum Episcopum dirigitur, atque in eo dicitur, illud Monasterium sub ejus Antecessoribus multas vexationes tulisse. S. Gregorius vero in suo Concilio dixit, se non esse ignarum, cum ipse olim Monasteriis præfuisset, quam necessarium esset, illis tranquillitatem præstare, & addidit: *Itaque prohibemus Episcopis, ne Monasteriis quidquam de illorum Bonis, Fundis, Reditibus, aut Tabulis detraherent; si vero lites ortæ fuerint ob fundos, quos Episcopi ad Ecclesias suas pertinere crediderint, eligant Abbates aut alios Arbitros, timentes Deum, qui eas coram Sanctis Evangelii cito componant. Ubi Abbas obierit, libero & unanimi Congregationis consensu & ex gremio Successor eligatur. Si nullus in Congregatione fuerit,*

Sæculum VII  
A. C. 601.

tom. 5. Conc.  
p. 1607.

VII. ep. 18.  
ind. 1.



**Sæculum VII** rit, par huic oneri ferendo, ex aliis Mo-  
**A. C. 601.** nasteriis Vir dignus evocetur. Electus  
 sine fraude aut pretio ordinetur, & exinde  
 Regimen Monasterii alteri committi  
 non possit, nisi secundum Canones, si Ab-  
 bas gravioris culpæ se reum fecerit. Ab-  
 bati invito nullus Monachorum suorum  
 regenda alia Monasteria, vel, ut ordina-  
 tur Clericus, eripiatur. Si vero Mon-  
 achorum numerus ad Officium Divinum  
 peragendum, & servitia domestica obeun-  
 da plusquam sufficiens fuerit, Abbas ad  
 Ministerium Ecclesiæ, quos dignos iudi-  
 caverit, sponte offerre poterit. Qui ad  
 Ecclesiasticum Ordinem transierit, in Mo-

**V. epist. 27.** nasterio remanere non possit. S. Grego-  
**III. epist. II.** rius etiam in aliis locis hanc distinctio-  
**IV. epist. I.** nem inter Statum Clericalem & Mona-  
 sticum statuit. Episcopis permittit, ut  
 ad Ministerium Ecclesiæ suæ Monachos  
 in Presbyteros consentiente Abbate or-  
 dinent, sed prohibet, ne Monasteriis  
 Abbates Clerici præficiantur. Vult, ut  
 quilibet ex duobus Institutis Clericali &  
 Monastico alterutrum eligat, tam unum  
 enim quam alterius, inquit, tanta est  
 excellentia, ut nemo vel uni satisfacere  
 valeat, & tantum abest, ut utriusque of-  
 ficia adimpleri possint, ut alterum alteri  
 impedimento sit. Et alibi: Nemo simul  
 Ministeriis Ecclesiasticis defungi, & Re-  
 gulam Monasticam exacte servare poterit.

Ex his infertur, S. Gregorium nec se ipsum <sup>Sæculum VII</sup>  
 amplius, nec Augustinum, aliosque, qui <sup>A. C. 601.</sup>  
 ex claustris evocati Clericis adscripti fue-  
 rant, pro Monachis habuisse, quamvis  
 adhucdum, quoad possent, Ritus Mo-  
 nasticos observarent.

S. Gregorius in Concilio Romano ul-  
 terius effatus est in hunc modum: *Pro-*  
*bibemus etiam Episcopo, ne Bonorum aut*  
*Documentorum Monasterii, etiamsi Ab-*  
*bas decesserit, commentarium conficiat;*  
*sed si necessarium fuerit, hunc Abbas cum*  
*Monachorum consensu conscribat. Pro-*  
*bibemus, ne Episcopus Missas publicas in*  
*Monasteriis celebret, unde populus & fæ-*  
*minæ occasionem habeant Monachorum cel-*  
*las ingrediendi, quod animabus eorum non*  
*expedit. Episcopus Cathedram suam in*  
*Monasterio non erigat, aut constitutio-*  
*nes observandas, nisi ab Abbate rogatus,*  
*edat; Abbas enim semper Monachos sub*  
*sua potestate habeat. Volumus ut hoc De-*  
*cretum impostertum ab Episcopis observe-*  
*tur, ne Monachi qualicumque tumultu, aut*  
*Clericorum, Sæculariumve vexationibus*  
*a Servitio Divino avertantur. Cum S.*  
 Gregorius hæc fuisset elocutus, omnes  
 Episcopi responderunt: *Monachis liber-*  
*tatem gratulamur, & quæ Sanctitas tua*  
*modo decrevit, confirmamus. Concilium*  
 istud tanquam primum exemplum Privi-  
 legiorum Monasteriis concessorum habe-  
 ri potest.

§. XXXIV.

Sæculum VII  
A.C. 601.

§. XXXIV.

*Rescripta Monachis faventia.*

- Sanctus Gregorius jam antea pro nra occasione similia Rescripta dederat.
- IV. *ep. 41. 43.* Accepto Libello Luminosi Abbatis, Castorio Episcopo Ariminensi prohibuit, ne Missas publicas in Monasterio celebraret, nec Bonorum illius Tabulas scribat, sed solum jus reliquit Abbatem a Congregatione electum ordinandi. Felicem Episcopum Pisauriensem increpat, quod in superhabita prohibitione Papæ Antecessoris sui Missam Solemnem in Dedicatione cujusdam Monasterii celebrasset, & in eo Cathedram suam poni jussisset. Præcipit, ut illam tollat, & Presbyterum illo mittat, si Monachi velint, ut ibi Missa celebretur. Secundino Episcopo Tarominiensi in Sicilia præcipit, ut ex quodam Monasterio Baptisterium auferat, & in loco fontium Altare erigat. Fortunatum Episcopum Neapolitanum jubet Ecclesiam alicujus Monasterii consecrare, sed sine Missis publicis, & addita conditione, ne unquam in ea Baptisterium construeretur, & nullus ibi Presbyter Cardinalis esset; *quoties vero, subjungit, Monachi voluerint ibi Missam celebrari, petent a te, ut Presbyterum mittas.*
- III. *epist. 18.* Ministerium in Ecclesia S. Pancratii Romæ commissum fuerat quibusdam Pres-

Presbyteris, adeo Rem Divinam negli-<sup>Sæculum VII</sup>  
 gentibus, ut sæpe populus Die Domini-<sup>A. C. 601.</sup>  
 ca adveniens, Missæ interfuturus, cum  
 nullus adesset Sacerdos, qui Sacris ope-  
 raretur, inter murmurationes recederet.  
 Ex his videmus, Romæ Missas in pluri-  
 bus Ecclesiis fuisse celebratas. S. Gre-<sup>Monasteria.</sup>  
 gorius pulsus illis Presbyteris socordibus,  
 invexit Congregationem Monachorum,  
 ea lege, ut Presbyter Sæcularis ibi ser-  
 viret, qui Missam celebraret, in Mona-  
 sterio habitaret, & aleretur. Legimus<sup>V. epist. 41.</sup>  
 tamen etiam Monachos fuisse Sacerdotes;  
 quippe S. Gregorius Victori Episcopo Pa-  
 normitano præcipit, ut in Monasterio S.  
 Hermetis illum ordinet Presbyterum, qui  
 a Congregatione electus, & dignus fue-  
 rit; vult autem, ut ordinatus monea-  
 tur, non sibi ideo licere ex Monasterio  
 egredi. Item Joannem Episcopum Ur-<sup>I. epist. 12.</sup>  
 bis Veteris arguit, quod in quodam Mo-  
 nasterio Missam celebrari, & mortuos se-  
 peliri prohiberet.

S. Gregorii Monachos protegentis  
 intentio non fuit occasionem teporis da-  
 re. Solliciti sitis, inquit, *ad Officium*  
*Divinum. Orationi sine intermissione va-*<sup>IV. ep. 41.</sup>  
*cate, ne hominibus non tam quietem Mo-*  
*nasticam quæsiuisse videamini, quam E-*  
*piscopi Disciplinam effugere voluisse.* Præ-  
 terea scribens Joanni Episcopo Scylla-  
 ceensi, cui Monasterium Castellense com-  
 men-

Sæculum VII mendat, ait: *Monachorum moribus in  
 A. C. 601. vigila, & si aliquem male vivere depre-*  
*benderis, aut, quod absit, in peccata*  
 VII. ep. 53. *ind. 1. pudendum lapsum, hunc secundum Regu-*  
*læ rigorem corripe. (\*)* Econtra S. Pa-  
 VI. ep. 32. *pa ægerrime ferebat, si Monachos fugi-*  
 VII. ep. 36. *ind. 2. tivos aut ab Abbatibus suis excommuni-*  
*catos Episcopi tuerentur. Hac super*  
 ad Dominicum Episcopum Carthaginen-  
 sem, & Chrysantum Episcopum Spole-  
 VIII. ep. 39. *tanum epistolas dedit. Voluit, ut ab*  
 IX. ep. 67. *qua Monasteria bellis vastata, & ab in-*  
 XI. ep. 4. *colis derelicta, aliis, quæ salva per-*  
*terant, jungerentur, ita ut Abbates in*  
*Monasteria destructa Monachos mitte-*  
*rent, qui ibi officium peragerent, idque*  
*Episcoporum Jurisdictioni, si Monaste-*  
*ria conjuncta in diversis Diocæsesibus pos-*  
*ta essent, non præjudicaret.*

Plura alia sapienter constituta in Epi-  
 stolis S. Gregorii legimus. Januarii  
 IX. epist. 20. Episcopum Calaritanum laudat, quod  
 Monasterium virorum in Domo, Monas-  
 terio fœminarum contigua, fundari pro-  
 hibuerit. Nihil antiquius habuit, quam  
 I. epist. 39. Monachorum fugitivorum & vagabun-  
 dorum licentiam coercere, nam sub ipsius  
 Pontificatus sui initia Petro Subdiacono  
 Patrimonii in Sicilia Curatori, præcepit  
 ut in

(\*) Ergo S. Gregorii mens non fuit Monachos  
 Episcoporum Jurisdictioni, curæ, & Disciplina  
 penitus subtrahere.

ut in quoddam Monasterium Messanensis Civitatis colligeret Monachos ex Calabria, qui Barbarorum incursionibus expulsi, & per totam Siciliam dispersi, sine Disciplina & sine Præposito vagabantur.

Anthemio Patrimoniorum in Calabria Curatori præcepit, ut Monachos ex uno Monasterio ad aliud transire prohiberet, sed eos in Monasteriis suis includeret addita pœna pro gravitate culpæ, & præfertim illos, qui nuptias inierant, quam rem vocat abominabilem, gravius puniret. Eandem curam S. Gregorius gerebat etiam ultimo sui Regiminis anno, dum Monachos duos, quorum alter uxorem acceperat, includi iussit. Cum Incolarum quarundam Regionum in Italia, Barbarorum crudelitatem fugientes in Insulam Ophiariam, quam Monachi incolebant, se unacum mulieribus recepissent, S. Gregorius datis ad eundem Anthemium litteris districte præcepit, ut fœminæ ex Insula amandarentur, & quia Monachi in ejusmodi Insulis asperrimam vitam ducebant, prohibuit, ne adolescentes, qui necdum annum decimum octavum attigissent, susciperentur.

S. Gregorius non permittebat Monachos solos ex Monasterio exire, nec aliquid proprium possidere. Utrumque ex epistola mense Febr. Indictione quinta anno 602. data videmus; quippe Claudio Abbate

Sæculum VII  
A. C. 601.

Monachi.

I. epist. 40.

XII. epist. 20.

X. epist. 22.

Sæculum VII  
A.C. 601.

Abbate Classensi fati functo Monachi al-  
quem ex sua Congregatione, cui nomen  
Constantius, Abbatem sibi dari petierunt.  
S. Gregorius respondit: *Exborruui ad bo-  
jus viri nomen, quia scio, quod vitio Pro-  
prietatis deletetur, unde manifestum fit,  
non esse bonum Monachum. Illud quoque  
scio, quod solus, nullo Fratrum comitan-  
te, ad aliquod Monasterium Provinciae  
cencæ digredi ausus fuerit; qui autem sine  
teste vivit, malus est. Tum severe in-  
stat, ut Proprietatis vitium ex illo Mo-  
nasterio extirpetur. Si enim, inquit, co-  
rdia istud inter vos remaneat, nec con-  
cordia nec Charitas vigebit. Quid effren-  
ta Monachi, nisi Mundi contemptus? quo-  
modo vero Mundum contemnere dicatur,*

VII. epist. 1. *si pecuniam amet?* A parentibus cupis-  
ind. 2. dam Monachi, qui laborare non poterat,  
pensionem annuam exegit.

VII. ep. ind. 2. Cum Monachi nihil proprium posse-  
derent, testamentum condere Legibus  
prohibebantur; nihilominus S. Grego-  
rius Probum Monasterii sui ad S. Andream  
Abbatem, convocato quinque Episcopo-  
rum & decem Presbyterorum Concilio  
Romæ 5. Octobr. anno 600. Indictionis  
quarta celebrato, ab hac Regula exemis.  
In eo lectus est Probi Libellus, in qua  
dicebat: *Scitis, quod relicto aliquot ab-  
hinc annis Mundo reliquum vite tempus  
in cellula mea transigere statuerim; hinc*

IX. epist. 22. *Teste-*

*Testamentum non condidi, cum non ignorarem, perinde esse, an filius meus vel ex Testamento, vel ab intestato mihi succederet. Una vero die obsequii causa cum ceteris ad vos veniens ingredi Monasterium, & Munus Abbatis suscipere iussus, & abrupta omni mora obedire compulsus sum, ita ut tempus de rebus meis decernendi mihi defuerit. Igitur jam supplex rogo, ut id mihi concedatis, ne filio meo, quem paupertas premit, obedientia patris noceat.*

S. Gregorius dato signo, ut paululum exiret, donec super eius postulatione deliberarent, ipsoque revocato dixit: *Omnia, quae exposuisti, vera sunt; Abbatem te invitum constituimus, & ne te promissi poenitentia subire posses, existimavimus te extemplo dimittendum esse ad Monasterium, cujus ne quidem membrum eras. Idcirco liceat tibi de patrimonio tuo decernere illa libertate, qua gauderes, si nunquam Monachus fuisses.*

S. Gregorius, tam Abbatibus, quam Monachis omnem praetextum e Monasterio exeundi adempturus constituit, ut ad negotia Monasterii saecularia curanda habeant Mandatarium saecularem, cui salarium dent, sicut aequitas postulaverit. Qui in peccatum impudicitiae lapsus fuerat, Abbas eligi non debebat, & Abbates Episcopis subjectos esse oportebat.

Eusebium Abbatem Maximianus Episcopus.

*Hist. Eccles. Tom. VIII. N n pus*

Saeculum VII  
A. C. 601.

I. epist. 67.  
II. ep. 3. ind. II  
ibid. epist. 23.

XII. epist. 26.  
II. epist. 24.



Sæculum VII  
A. C. 601.

pus Syracusanus excommunicatum a S. Gregorio severe increpitus, quod superante sinistra animi affectione fecisset, ad suam Communionem denuo receperat; sed Eusebius oblatam pertinaciter animo recusabat. Ei S. Gregorius scripsit in hunc modum: *Quamvis injuria tibi fecerit, hanc nihilominus in Spiritus humilitatis ferre debuisses, non est magis virtutis indicium, Monachum humili esse coram illo, qui ipsum honore prosequitur, hæc enim etiam hominibus secularibus communis est.* Post hanc obligationem addit: *Petro Subdiacono in mandatis dedi, ut tibi centum Solidos aureos largiatur, rogoque, ut boni consilii S. Gregorio Monasteria egena juvare in deliciis erat, quando Disciplinam Monasticam in illis vigere constabat; imo etiam fundorum, quorum dominium ad Ecclesiam Romanam pertinebat, Usus fructum ad tempus concedebat. Volebat, ut Monachi lectioni se studiosissime dederent, & dicit: *Perpendite quam gravis peccati reatum incurratis, si Dei Precepta discere negligitis, qui vobis ex aliorum Oblationibus alimenta largitur. Inde cognoscimus, quod non profanorum sed piorum librorum lectionem inculcet.**

Quod S. Papa Monachis, multo magis Monialibus prohibebat, ne temporarium negotiorum causa foris vagarentur. Hic

I. epist. 23.

II. epist. I.  
ind. 10.

X. epist. 51.

II. ep. 3. ind.

II.

Hinc Januarium Calaritanum graviter Sæculum VII  
arguit, quod Decretum non observaret A C. 601.

ab Antecessoribus suis sapienter condi- III. epist. 9.  
tum, ut aliqui exploratæ prudentiæ vi-

ri ex ordine Clericorum negotia Sancti-  
monialium gerenda in se susciperent, ne  
illa qualemcunque egrediendi causam  
possent obtendere. Et subjungit: *Si for-  
te aliqua earum, ex pristina licentia ex-  
eundi foras, in scelus lapsa fuerit, volu-  
mus ut compellatur ad agendam pæniten-  
tiam, & detrudatur in fæminarum Mo-  
nasterium, ubi Regula majore rigore ob-*

*servatur.* In alia epistola comprehendit VII. ep. 9.  
10. ind. 1.

Monialem, quæ vestem Monasticam de-  
posuerat, & in Monasterium jubet inclu-  
di, unde amplius evadere non posset.  
Episcopum quoque illius loci, & Eccle-  
siæ Romanæ Defensorem vehementer in-  
crepat, quod istud scandalum non aver-

terint. Item prohibet, ne constituan- III. ep. 11.

tur Abbatissæ juvenes, sed mulieres se-  
xaginta annorum, ex illo Monasterio, a  
Congregatione electæ, & ab Episcopo

confirmatæ. (\*) Hæc enim dicit in Epi- VI. epist. 12.

stola ad Respectam Monasterii S. Cassiani  
Massiliæ Abbatissam data, dum illius Mo-  
naste-

N n 2

naste-

(\*) Das übrige bis auf den XXXV. Abschnitt  
hat der Protestant ausgelassen. Man findet sonst  
unzählige Fehler, zum Exempel auf seiner 546.  
Seite noch in diesem Buch. Reliquien anstatt:  
Religion, und Agrippa die Tochter des Kayfers  
Augustus, anstatt: der Tochtermann.

**Sæculum VII** **A. C. 601.** **Monasterii Privilegia rata habet.** Denique edicebat, non esse condenda Virginitatis Monasteria, nisi simul Reditus sufficientes conferrentur. Hæc in epistolis S. Gregorii ad Personas Religiosas utriusque sexus pertinentia inveni.

*II. epist. 59.*

*ind. II.*

*VIII. ep. 6.*

*ind. I.*

*VIII. ep. 63.*

§. XXXV.

*Missio secunda in Angliam.*

**L** Laurentium Presbyterum a S. Augustino ante triennium ex Anglia Romanam missum S. Gregorius anno 601. illo redire iussit additis Sociis, & plures Operarii in Vineam Domini laborarent. Inter hos viros præcipui fuere Mellitus, Justus, Paulinus, & Rufinianus, quibus Responsa ad Quæstiones Augustini, & multas alias epistolas, ad ipsum Augustinum duas, præter quindecim alias ad Episcopos Galliarum, Principesque commendatitias, ferendas commisit. Data ad S. Virgilium Arelatensem datæ sunt, & in altera S. Gregorius eum rogat, ut Augustinum benigne suscipiat, si ad eum venerit. Et addit: *Quia sapissime peragunt, Episcoporum Delicta citius percurant, si Episcoporum aliorumve peccata compereris, ea diligentissime cum Augustino examina, & remedia efficaciter adhibe.* Hæc epistola decimo Cal. Jul. Indictione quarta, id est, 22. Jun. anno 601. data.

*Sup. n. I.*

*Beda I. hist. c. 29.*

*IX. epist. 49.*

*IX. epist. 63.*

*Bed. I. hist. c. 28.*

S. Gre

S. Gregorius datis ad Etherium Lug-<sup>Sæculum VII</sup>  
 dunensem & Aregium Vapincensem lit- <sup>A.C. 601.</sup>  
 teris ambos sicut & Virgilium hortatur, <sup>IX. ep. 50. 51.</sup>  
 ut Synodum adversus Simoniam congre-  
 gent, rogatque, ut Monachis, quos mi-  
 serat, faveant. In epistola ad Etherium  
 addit: *Petis aliqua, quæ Prærogativam*  
*Ecclesiæ tuæ tangunt, sed omnibus Tabu-*  
*lis nostris lustratis nihil invenimus. Ita-*  
*que litteras, quas te habere dicis, ad nos*  
*mitte, ut judicare possimus, quid tibi con-*  
*cedendum sit. Acta vero & Scripta S. S. Gregorij*  
*Irenæi jam diu ante magna cura quæsi-*  
*mus, sed hucusque nihil eorum inveniri*  
*potuit. Inde apparet, nulla S. Irenæi*  
*Scripta vel Romæ vel Lugduni tunc tem-*  
*poris adfuisse. Cum Missionariis in An-*  
*gliam ituris per urbem Viennam trans-*  
*eundum esset, S. Gregorius eis etiam ad*  
*Desiderium Episcopum litteras dedit,*  
*quibus eosdem commendat, & simul Epi-*  
*scopum severe reprehendit, quod Gram-*  
*maticam doceret. Quis ferat Episcopum,*  
*IX. epist. 42.*  
*uno ore laudes Jovis & Jesu Chri-*  
*sti pronunciare? horrendum est, Antisti-*  
*tem talia canere, quæ vel pium Laicum*  
*dedecent. Ideo in bujus rei veritatem sol-*  
*licite inquiram, & si falsa esse, quæ fa-*  
*ma de te attulit, rescivero, agam Deo*  
*Gratias. Nempe docentibus Gramma-*  
*ticam Poetarum carmina explicanda e-*  
*rant non sine omni periculo Idololatriam*

Sæculum VII  
A. C. 601.  
laudandi. Verumtamen tanta humanarum litterarum averfatio non nihil conferebat ad invehendum ignorantiae Regnum, cujus apud Romanos initium ad hæc tempora refertur. (\*)

IX. *epist.* 52. Tandem etiam habebant Epistolam communem ad multos Galliarum Episcopos, ad quos Missionarii in via divertere poterant, directam; nempe ad Mercurianum Tolosanum, Serenum Massiliensem, Simplicium Parisiensem, & Licinium Andegavensem. In fronte Epistolæ etiam

V. *Coint. an.*  
601. n. 38. leguntur Nomina Lupi Catalaunensis, Agilii seu potius Aigulphi Metensis, Melantii Rhotomagensis; sed sunt, qui dicunt, hos Episcopos anno 601. illas Sedes non tenuisse. Simplicius Parisiensis Faramodio successerat. Licinius Andegavensis, sub nomine S. *Lesin* Galliarum

Vit. *ap. Boll.*  
13. *Febr. p.*  
678. *tom. 4.* gis notus, e Regia stirpe ortus, sanguine Clotarium Regem contingebat, cujus Stabulis olim præfectus fuerat. Exiit Comes Andegavensis creatus Mundus cœpit fastidire, & Clericis adscriptus tandem ejusdem Civitatis Episcopus ordinatus est. Is aliqua Miracula edidit fertur. S. Gregorius in Epistola ad hunc Episcopum

(\*) Hæc Fleurii Reflexio non satis apposite datur occurrere; nam Episcopum Grammaticam aut Poësin docere plane non expedit, et susceptum Episcopatum poterat utique his Disciplinis operam dedisse.

Episcopus ait: *Tanta Anglorum multitudo ad Fidem convertitur, ut testante* Sæculum VII  
A. C. 601.  
*Fratre nostro Augustino viri illi, quos prædicationis Socios initio acceperat, in amplissima Regione non sufficient. Hinc aliquot Monachos cum Laurentio Presbytero & Mellito Abbate ad eum mittimus, rogamusque, ut omnia Charitatis officia iisdem exhibeatis. Sic nihil erit, quod iter eorum impediatur, vosque tam pii Operis, & meriti participes eritis.*

§. XXXVI.

*Epistolæ ad Principes.*

Ad Reges quoque S. Gregorius epistolas dedit, videlicet Theodoricum Regem Burgundiæ, Theodebertum Fratrem ejus Regem Austrasiæ, & Brunchildem Aviam eorum. Item Clotarium Junio-rem in Neustria regnantem, annis abhinc quatuor nempe anno 597. Fredegunda Matre orbatum. Epistolarum istarum ad Principes eadem est Summa. Hor. IX. ep. 54. 55.  
tatur, ut Synodum in Simoniacos congregari jubeant, gratias agit pro beneficiis Augustino præstitis, & rogat, ut eadem Clementia viros, quos ad eundem mittit, foveant. Duæ etiam epistolæ ad Brunchildem datæ sunt, in quibus S. Gregorius Reginae fidem & amorem Religionis summis laudibus extollit; sed aliquo post tempore alia epistola ad

N n 4

ean-

Sæculum VII eandem data hortatur, ut quosdam Episcopos corriperet, de quibus ad Pontificem perscriptum fuerat, tantam eorum vitæ esse licentiam, ut scandalum Fidelibus crearent. *Cum in illis, inquit, quorum esset his malis mederi, zelus Sacerdotalis desideretur (nempe Metropolitanis) mihi scribe, ut tuo consensu virum mittam, qui in hæc peccata inquirat. Quando enim scandala removeri possunt, nihil dissimulandum, ne nos quoque aliorum criminum rei efficiamur. Igitur animam tuam salvare satage, & Nepotibus tuis consule, si cupis, ut feliciter regnent. Cura, ne crimina atrocitate impunita maneant, priusquam Creator tuus percutiendum dexteram extendat.* S. Gregorius tristitia fata præfagiisse videtur, quæ huic Reginæ, & generi ejus impedebant.

Regi quoque Anglorum scribere S. Gregorius, & Reginæ Conjugi ejus, quam Adilbergam vocat, quamvis alii dicant Bertham, ne utique omisit. In exordio epistolæ gratias agit, quod Augustino fuerit patrocinata. Tunc illam S. Helenæ comparat Constantini Martiris, *cujus operam, inquit, Deus adhibuit, ut Romani ad fidem Christianam amplectendum excitarentur.* Hortatur, ut Regem Conjugem in zelo Religionis confirmet, & sic reparet errorem admissum, dum

IX. epist. 57.

ad Rom. XI.

eum ad Conversionem impellere tamdiu Sæculum VII  
A.C. 601.  
distulisset. Tum excitat, ut omnes Subditos populos ad fidem adducere adlaboret, & subjungit: *Pietatis tuæ fama non Romam modo, ubi ardentissime pro incolumitate tua oratur, sed etiam in diversa loca & usque Constantinopolim pervasit, quam Imperator non ignorat.* In IX. epist. 60. epistola ad Regem Ethelbertum, quem Aldibertum nominat, hortatur Principem, ut Gratiam acceptam fideliter custodiat, Fidem inter Subditos suos dilatat, Idolorum cultum aboleat, Tempia destruat, bonos mores hortatu, blanditiis, minis, præcipue vero suo exemplo in Angliam invehat; eique Constantini Exemplum imitandum proponit. Suaudet, ut semper Augustini Episcopi monita sequatur, & tanquam amicorum optimum colat. Tandem nomine S. Petri mittit dona, quæ dicit esse parva, quamvis essent magnifica, ut videlicet animum Barbari Regis rerum sensibilibum splendore demulceret. Epistola ista eadem die, qua illa ad S. Virgilium Arelatensem, nempe 22. Jun. anno 601. data est. Bed.hist.c.32

## §. XXXVII.

*Epistola ad Augustinum.*

Tandem S. Gregorius S. Augustino scripsit duas epistolas, quarum posterior

N n 5



Sæculum VIIrior eadem die ac prior data est. In prior  
 A. C. 601. re ad ipsum solum directa exordium du-

cit a Conversione Anglorum, quod opus  
 ab ipso perfectum gratulatur. Tum ad-  
 dit: *In hac lætitia, Carissime Frater,*  
*etiam timendi causa adest; scio enim, quod*  
*Deus in illa Natione magna per te mira-*  
*cula operatus fuerit. Itaque memineri-*  
*mus, Discipulis cum gaudio ad Divinum*

Luc. 10. 17. Magistrum suum dicentibus: Domine  
 29. etiam Dæmones in Nomine tuo subji-

tur nobis, ipsum respondisse: nolite  
 gaudere, sed magis gaudete, quod Nomina  
 vestra scripta sunt in Cælo. Omnium  
 Electorum nomina ibi scripta sunt, quoniam  
 vis non omnes patrent miracula. Verum  
 Discipuli Veritatis non gaudeant sibi  
 caduco & transeunte sibi solis concessis, sed  
 Bono sibi aliisque communi, quo æternum  
 gaudeant. Dum Deus opera tua utitur  
 ad perficienda ea, quæ extra te sunt, Frater  
 mi! te ipsum intus severe iudicantem  
 & quis sis, cognoscere debes. Si mem-  
 nisti, te aliquando Deum vel ore vel op-  
 re offendisse, has culpas nunquam non memo-  
 re revolve, quo vanæ gloriæ stimulos re-  
 primas, & cogita, hoc Miraculorum do-

Num. 27. 12. Saluti consulas, tibi datum esse, Moysi  
 maximo illi Dei Servo, post tot prodigia  
 in Terram Promissam adventanti, Deus  
 exprobravit peccatum ante annos triginta  
 octo

octo commissum, cum dubitasset, an posset <sup>Sæculum VII</sup>  
 ex rupe aquam elicere. Quanto magis igitur <sup>A. C. 601.</sup>  
 nos trepidemus, qui, an nomina no-  
 stra in Electorum Libro scripta sint, ne-  
 scimus. Legisti, quid ipsa Veritas in <sup>Matth. 7. 22.</sup>  
 Evangelio dicat, Multi dicent mihi in il-  
 la die, Domine, Domine, nonne in No-  
 mine tuo prophetavimus, & in Nomine  
 tuo Dæmonia ejecimus, & in Nomine tuo  
 Virtutes multas fecimus? & tunc confi-  
 tebor illis, quia nunquam novi vos. Hæc  
 tibi scribo, ut humiliaris; sed virtuti hu-  
 militatis fiducia in Deum juncta sit. Quam-  
 vis enim & ipse peccator sim, tamen ha-  
 beo spem certam, omnia peccata tua tibi  
 esse remittenda, cum te elegerit Deus, ut  
 tuo Ministerio Remissionem peccatorum  
 aliis procures, & causa sis, ut Cælum su-  
 per Conversione numerosissimi Populi gau-  
 deat. Non alio melius testimonio quam  
 tam gravi S. Gregorii admonitione Ve-  
 ritas Miraculorum ab Augustino (\*) edi-  
 torum comprobatur.

#### Altera

(\*) In diesem Abschnitt hat unser Protestant  
 die Worte: An posset ex rupe aquam elicere,  
 in welchen das posse sich nicht auf Gott, sondern  
 auf den Moyses beziehet, auf seiner 526. Seite  
 gegeben: Ob Gott auch Wasser aus dem  
 Felsen heraus bringen könnte. Nein, mein  
 Uebersetzer! Moyses hat nicht gezweifelt, ob Gott  
 aus dem Felsen Wasser heraus bringen könne, son-  
 dern

Sæculum VII Altera Epistola, & publica, de Sedibus  
 A. C. 601. bus Episcopalibus in Anglia agit. *Concedimus tibi, inquit S. Gregorius, ut  
 XII. epist. 15. Pallii, sed tantum in Missa, & ea conditione, si duodecim Episcopos tibi subiectos  
 constitueris, ita ut Episcopus Londinensis futuris temporibus semper in propria  
 sua Synodo consecretur, & Pallium a Sacra Sede accipiat. Eboracum mittes  
 rum, Episcopum futurum, quem maxime idoneum judicaveris, addita etiam  
 conditione, ut si Civitas illa & Regio adjacentes Verbum Dei recipiant, duodecim  
 Episcopos creet, & Metropolita sit. Huius Pallium daturi sumus, & volumus, ut tibi  
 subditus sit; at si decesseris, illorum Episcoporum, quos ordinaverit, Primus  
 & Episcopo Londinensi nullatenus subiectus erit. Ex his duobus Episcopis  
 præcedet, qui prior ordinatus fuerit, &*

dern nur ob er einem so undankbaren Volke zu Be-  
 be eines heraus bringen würde. Auf der folgen-  
 den Seite hat er die Worte: *Miraculorum ab Au-*  
*gustino editorum, gegeben: Nichts erweist die*  
*Wahrheit der Wunderwerke Jesu mehr zu.*  
 Da will er den Fleury verbessern, und fürchtet  
 seine Leser hätten sonst geglaubt, der S. Augu-  
 stinus habe diese Mirackel allein gewirkt, und G.D.  
 der Allmächtige nichts dabey zu thun gehabt. Al-  
 lein diese Furcht unsers Protestantens rühret ent-  
 weder von einer grossen Einfalt, oder von einer  
 Heucheley her.

*ambo communicatis consiliis Bonum Religionis promovere satagant. Præter Episcopos a te, & ab Eboracensi ordinatos statuimus, ut etiam omnes Britannicæ Episcopi tibi subjecti sint.*

## §. XXXVIII.

*Responsa ad Quæstiones Augustini.*

Sanctus Gregorius Papa præter has Epistolæ amplum Commentarium misit, in quo respondet ad undecim Articulos difficiles ab Augustino sibi propositos. Hujus Commentarii Summa hæc est. Omnes Ecclesiæ Reditus in quatuor partes dividantur, atque una Episcopo & Domesticis ejus, ut advenientes hospites possit suscipere, altera Clericis, tertia pauperibus, quarta sartis tectis destinantur. *Te vero, inquit, qui vitæ Monasticæ assuevisti, non decet a Clericis tuis separatim degere, sed Ecclesiæ nascentis exordia reducere, & novæ Anglorum Ecclesiæ exemplum vitæ communis præbere.*

Clerici, Sacris Ordinibus non initiati, si continentiam servare nequeant, uxorem ducant, & extra Monasterium versantes stipendium accipiant, sicut de primitiva Ecclesia scriptum legimus; *Sollicite autem curandum, ut vitam juxta Canones Ecclesiæ instituant,*

can-

Sæculum VII  
A. C. 601.

XII. epist. 31

Interr. I.

Interr. 2.

Act. 4. 35.

**Sæculum VII** cantent, & bonis Operibus exerceantur.  
**A. C. 601.** Qui in Congregatione vivunt, non dividant partes recipiendis Hospitibus impendendas, aut pauperibus dandas, sed quodcunque, deductis expensis sustentationi necessariis, superest, in opera Pietatis collocetur. S. Gregorius hic tamquam rem certissimam habet, continentiam ab omnibus, qui in Sacris Ordinibus erant, fuisse servatam. Sic etiam Pelagius ipsius Antecessor, cum Scire, Subdiaconis in Sicilia commercium cum uxoribus permitti, decrevit, ut hæc consuetudo tolleretur, quod S. Gregorius confirmavit scribens Leoni Episcopo Catanensi, & præcipiens, ut Subdiaconis secundum Sacræ Sedis usum ad servandam Continentiam compellerentur.

**Greg. III.**  
*ep. 34.*

**Interr. 8.**

**Epistola ad S. Augustinum.**

Tum S. Gregorius prosequitur hunc modum: *Cum in Ecclesia Anglorum solus Episcopus sis, aliter fieri nequeat quam ut nullo assistente Episcopo alios ordines; si vero Episcopi ex Galliis advenierint, Ordinationi adsint tanquam testes. Episcopus in Anglia Civitatis non valde ab invicem remotis dabis, ut, cum alii ordinandi fuerint, grave non sit tres quatuorve Episcopos convenire eo ferme ritu, quo in Sæculo conjugum vocantur ad celebrandas novorum Sponsarum nuptias, ut pluribus presentibus laetitiam augeatur.*

Nullum

Nullam tibi Auctoritatem tribuimus Sæculum VII  
A. C. 601.  
 in Galliarum Episcopos, sed salva sint A. C. 601.  
 jura Episcopi Arelatensis, quem a multo  
 jam tempore Antecessores nostri Pastoralis  
 Pallio condecorarunt. Itaque, si fortasse  
 aliquando in Galliam profectus fueris, &  
 aliqua in ceteris Episcopis emendanda ob-  
 servaveris, ipsum monebis, &, si osci-  
 tantem deprehenderis, excitabis, ut officio  
 suo satisfaciatur. Dedimus ad eum litte-  
 ras, & hortati sumus, ut si veneris, suam  
 tuæ jungat operam. Tibi autem nulla in  
 Episcopos Galliae Jurisdictio competit,  
 nec alio modo quam hortatu, & exemplo  
 tuo eos redarguere tibi licet. Nam scri-  
 ptum est in Lege: Si intraveris in sege- Deut. 23.25.  
 tem amici tui . . . falce non metes. At  
 Episcopos Britanniae tuæ subjecimus po-  
 testati. Ignorantes doce, infirmos robo-  
 ra, malos corrige. Hi erant Episcopi  
 Britonum, veterum illius Insulae Incola-  
 rum, jam diu Christianis Sacris imbuto-  
 rum, sed quos ignorantia, & morum pra-  
 vitas perdiderat.

Cum Fides una sit, inquit Augu- Interr. 3.  
 stinus, quare Consuetudines Ecclesiarum,  
 exempli causa, Romanae & Gallicarum  
 in celebratione Missarum inveniuntur a-  
 deo diversae? S. Gregorius respondet:  
 Consuetudinem Ecclesiae Romanae, in qua  
 enutritus es, novisti, sed suadeo tibi, ut,  
 si aliqua meliora, & Deo magis accepta  
 sive

Sæculum VII *sive in Ecclesiis Galliarum, sive in qua-*  
A.C. 601. *dam alia inveneris, ea diligenter colligenda; non enim consuetudines propter locum, sed locus propter bonas consuetudines amandus est.*

*Inter. 4.* *Qui rem ad Ecclesiam pertinentem furatus fuerit, pro conditione Personæ puniatur quidem, at semper Charitas præterna prævaleat, quæ delinquentem corrigere, & pœnis Inferni eripere intendit. Rem ablatam, sed nihil ultra, restituit, ne Ecclesia detractis miseri hominis spoliis ditescere velle videatur. Hoc S. Gregorius ideo addit, ne raptores ad reddendum duplum aut quadruplum, quod Leges Romanorum, imo & Lex Divina, statuebant, adigerentur.*

*Ex. 22. 1.*

*Inter. 5. 6.* *S. Gregorius circa gradus Consanguinitatis aut Affinitatis, qui Matrimonium impediunt, decernit, duos fratres posse duas sorores ducere. Parentis uxor, aut fratris non sine crimine ducitur. Leges Romanæ nuptias inter Consobrinos permittunt, sed has rejicit Lex Ecclesiæ, hunc gradum esse secundum reputans, & Matrimonium in tertio & quarto gradu iniri permittit. Neophyti, qui ante suam conversionem Matrimonia illicita contraxerunt, monentur, ut separentur, Divini Judicii metu injecto, non tamen a Communione Corporis*

*Impedimenta Matrimonii.*

poris & Sanguinis Domini Nostri priventur, ne ob rem, quam ex ignorantia fecerunt, puniri videantur; nam Ecclesia nonnunquam abusus dissimulat, ut deinde facilius tollantur. Illi vero, qui convertuntur, moneantur, ut ab illicitis Conjugiis abstineant, & si legem scientes tamen labantur, Communionem priventur.

Nihil obstat, quo minus mulier gravida baptizari possit, cum fecunditas sit Donum Dei. Potest etiam baptizari statim quamprimum partu levata est, & infans recens natus, si sit periculum mortis. Nullum determinatur tempus, quo mulieri post partum Ecclesiam ingredi liceat, & quod in Lege antiqua legitur, in sensu Mystico est accipiendum. Mariti ad uxores non ingrediantur, toto tempore, quo lactant. Matres vero prolem suam aliis foeminis lactandam non dunt. Tum S. Gregorius quasdam Quaestiones resolvit de usu Matrimonii, & quibusdam aliis rebus, quae pro fragilitate humanae Naturae Christianis utriusque sexus accidere, & dubium creare possunt, an Ecclesiam ingredi, aut ad Communionem accedere liceat. In his nascentem Ecclesiam Anglorum informare necessarium erat.

Saeculum VII  
A. C. 601.

*Inter. 10.*

*Lev. 12.*

*Inter. 11.*



Sæculum VII  
A.C. 601.

§. XXXIX.

*Liturgia Gallicana.*

*Inter. 3. Ma-*  
*vill. Liturg.*  
*Gall. c. 5.*

*Conc. Vas.*  
*II. c. 3.*

Quæ Augustinus de diversitate cele-  
brandi Missam in Galliis & Roma  
dixit, occasionem mihi præbent de Li-  
turgia Gallicana pauca memorandi. In-  
tio Antiphona, quam Introitum dicimus  
sicut in Ecclesia Romana, cantata fuisse  
creditur. Id vero certum, *Kyrie Elejse*  
fuisse recitatum. Tum Presbyter illud  
pronunciabat, quod Præfationem appe-  
labant, id est, brevem exhortationem ad  
populum, ut Diem sanctum sancte trans-  
igeret. Inde legebatur Prophetia, aut  
recitabatur alia lectio Veteris Testame-  
ti, & sequebatur Psalmus seu Respon-  
sorium, quod nobis Graduale est. Dia-  
cono silentium imperante Presbyter præ-  
mam Orationem seu Collectam, ad cu-  
jus initium non nunquam genua flecte-  
bantur, recitabat. Subdiaconus lege-  
bat Epistolam, tumque Diaconus proce-  
dens cum Libro Evangelii, illud in Pul-  
pito legebat. In Festis Sanctorum, Ac-  
ta ipsorum ante has tres lectiones et  
Scriptura legebantur. Quando oratio  
habebatur ad populum, id perlecto E-  
angelio fiebat. Finita prædicatione, ex-  
xire jubebantur Excommunicati, Diaconus  
ex Sacristia Vasa Sacra proferebat  
& Fideles, viri sceminaeque, panem &  
vinum

vinum offerebant. Cum deinde Presbyter tantum panis & vini, quantum opus erat, super Altare posuisset, ea contegebat palla, seu mappa bombycina, ejus magnitudinis, ut supra totum Altare extenderetur. Postea legebantur Diptycha, quæ Nomina Sanctorum, quorum Memoria per hoc Sacrificium colebatur, & illorum, tam vivorum, quam mortuorum, pro quibus offerebatur, continebant. (\*) His lectis adjungebat Presbyter Collectam, quam idcirco Collectam post nomina appellabant. Deinde Fideles osculum pacis invicem sibi dabant, & Presbyter aliam Orationem, quæ vocabatur Collecta post pacem, recitabat.

Tum Presbyter illud pronunciabat, quod hodie Præfationem dicimus, & tunc temporis Contestatio, Illatio, aut Immolatio dicebatur. In ea brevibus verbis illius Diei Mysterium, vel vita cujusdam Sancti referebatur, eratque in singulis Missis alia, sicut etiam Orationes; at semper præmittebantur solemnia illa verba: *Sursum corda!* & reliqua, quæ omni tempore & in omnibus orbis Ecclesiis usitata invenimus, & claudebatur illis verbis: *Sanctus &c.* seu Trisagio, *Conc. Vas.*

O o 2

quod II. c. 3.

(\*) Hier wünschte ich eine Widerlegung unsers Protestanten die nur erträglich wäre.

Sæculum VII quod universus populus concinebat.  
A. C. 601. Post *Sanctus*, & loco Canonis dicebatur

*Missa in Gal-*  
*lia.* Collecta seu Oratio brevissima, & in qua-

libet Missa alia, quæ Actioni Sacrificii  
seu Consecrationi, connectebatur illis

verbis: *Qui pridie quam pateretur* etc.

Consecrationem Calicis sequebatur ora-

tio, dicta Collecta post Secretam, seu

post Mysterium, quia Consecratio sibi

missa voce pronunciabatur. Postea dice-

batur alia Collecta & quasi Prefatio

ad Orationem Dominicam, quam totus

populus, Orientalium Christianorum ritu,

cantabat, & recitata rursus alia Col-

lecta, Diaconus dicebat: *Inclinate capita*

*vestra, ut benedicatur vobis*, moxque

Episcopus Benedictionem sæpius imper-

tiebatur, quem Ritus Episcopi nostri in

Festis solemnibus hodieque servant. Se-

quebatur Communio, quam acceptam

omnes, etiam fœminæ, ad Altare acci-

debant. Viris Evcharistia (\*) in manus

dabatur, quam ipsimet ori admovebant.

Greg. 11.  
Mir. Mart.  
c. 30.

(\*) Auf seiner 530. Seite hat der Prototyp nachdem er oben 2. oder 3. Zeilen ausgelassen das Wort: Viris Evcharistia in manus dabatur, oben: Den Männern gab man das gesegnete Brod. Und gleich darauf: Qui non Evcharistiam, Eulogias tamen accipiebant: Diejenigen, so nicht mit communicirten, empfingen das gesegnete Brod. Beides heißet bey uns das gesegnete Brod. Das erstemal ist es im

Diaconi Communionem Calicis distri-  
buebant, &, qui non Evcharistiam, Eu-  
logias tamen accipiebant, seu Panes be-  
nedictos, in Signum, quod Communione  
Ecclesiæ gauderent.

Sæculum VII  
A. C. 601.  
Mabil. litur.  
I. c. 5. n. 24.  
Greg. 10.  
hist. c. 8.  
Id. v. Hist.  
c. 14.

Hæc erat Liturgia Gallicana in sexto  
Sæculo, & duobus sequentibus; quod  
ex Testimonio Auctorum illius ætatis  
cognoscimus, & majore certitudine ex  
antiquo Lectionario, anno 1685. Typis  
edito, item ex tribus antiquis Missali-  
bus seu Sacramentariis, anno 1680. vul-  
gatis. Antiphonarium autem deperdi-  
tum necdum in lucem produci potuit.  
Inter illa, quæ Liturgiam Gallicanam a  
Romana diversam faciunt, præcipua sunt  
sequentia; Prima Præfatio, Lectio Ve-  
teris Testamenti ante Epistolam, tres  
Collectæ post Nomina, post Pacem, & post  
Consecrationem, brevis Canonis, &  
solemnis Benedictio ante Communionem.

Liturgiæ Gallicanæ Auctores extitisse  
creduntur S. Hilarius, qui præter Librum  
Hymnorum, etiam alium de Mysteriis  
scripsit. Museus Presbyter Massiliensis,  
qui jubente Episcopo Venerio ex Sacra  
Scriptura Lectiones pro Festis totius an-

v. Mabil. lit.  
G. I. c. 4. n. 5.  
Hier. Script.  
c. 100. Genn.  
illust. c. 79.

O o 3 ni

Versälschung, und das zweytemal ist es auch im  
Lutherischen Sinn ein sehr ungeschickter Ausdruck,  
weil man eines von dem anderen nicht unterschei-  
den kann.

Sæculum VIIni cum Responsoriiis & Capitulis con-  
A. C. 601. gruis excerpfit. Scripsit deinde Librum  
 de Sacramentis, qui præter Preces, &  
 Contestationes seu Præfationes etiam  
 Psalmos pro varietate Lectionum can-  
 tandos complectebatur. Obiit sub Leo-  
 ne & Majoriano circa medium Sæculi  
 quinti. Sidonius Missarum Librum com-  
 posuit, cui Gregorius Turonensis Præ-  
 tionem præposuit.

*Greg. II.*  
*hist. c. 23.*

§. XL.

*De Missione in Angliam.*

Sanctus Augustinus S. Gregorium ro-  
 verat, ut Reliquias S. Sixti Martyris  
 sibi mitteret, quippe in quodam loco de-  
 cebant, se habere hujus S. Martyris Cor-  
 pus, qua de re S. Augustinus dubitabat.  
*Post inter. 9.* S. Gregorius transmissis Reliquiis, dicit  
*Nisi Corpus istud, quod Populus Marty-  
 ris esse credit, edito prodigio clarescat, &  
 nisi veteres testatum faciant, sibi Mar-  
 tyrii ipsius historiam cognitam esse, ar-  
 tror, optime te facturum, si locum, in quo  
 Corpus jacet, penitus obstruas, & Reli-  
 quias, quas a me expetiisti, in alium lo-  
 cum reponas, ne populus, relicta re certa  
 illud colat, quod incertum est.*

Mellito & Sociis Roma profectis, &  
 que adhuc in itinere constitutis S. Grego-  
*IX. epist. 71.* rius scripsit in hunc modum: *Ubi ad  
 Fratrem nostrum Augustinum perveneritis*

ritis, dicetis meo nomine; mihi diu multumque Rem Anglorum pensanti visum fuisse, Templa ipsorum non esse diruenda, sed tantum Idola, quæ insunt, dejicienda. Aqua benedicatur, Templis aspergatur, erigantur Altaria, & Reliquiæ immittantur. Nam si elegantis structuræ sunt Templa, abolito Dæmonum cultu jam veri Dei Servitio consecranda sunt, ut Gens ista, si videat limina, quibus adsuevit, conservari, lubentiore animo accedat, & quia maximum boum numerum sacrificare Dæmonibus solebant Angli, Festa solemnia, qualia sunt Dedicationis, aut Martyrum, instituenda sunt, & Reliquiæ deponendæ. Umbracula frondea prope Templa in Ecclesias mutata construuntur, & Festa adornatis conviviiis, si modo intra modestiæ leges sese contineant, celebrare liceat. Qui animalia Dæmoni immolare consueverant, jam ea occidunt, comedant, & agant Gratias Deo, cujus Benignitati in acceptis referunt, quod his carnibus satientur, ut dum aliqua sensuum oblectamenta ipsis conceduntur, facilius interna mentis gaudia capere valeant; fieri siquidem non potest, ut durioris ingenii homines mores suos subito mutant. Ad excelsa non uno saltu sed per gradus ascendendum.

S. Gregorius Mellito & Sociis ea omnia, quæ ad Ministerium Ecclesiarum erant

Sæculum VII  
A. C. 601.

Sæculum VII

A C. 601.*ibid. c. 33.*

erant necessaria, Vasa Sacra, Mappas, quibus Altaria teguntur, ornamenta Ecclesiarum, Indumenta Episcoporum & Clericorum, Apostolorum, Martyrumque Reliquias, & Libros plurimos in Angliam deferenda dederat; interim vero Augustinus, Cathedra Episcopali in Regni Cantii Metropoli, quæ tunc Dorvernia, hodie autem Cantuaria dicitur, erecta, protegente Rege, occupavit Ecclesiam, olim a Romanis ædificatam, eam Nomini S. Salvatoris dedicavit, sibi & Successoribus suis in Sedem elegit. Ita non omnia, quæ S. Gregorius decreverat, opere fuere adimpleta; non enim Episcopus Londinensis, sed Cantuariensis, in illa Angliæ Regione, quæ Orientem spectat, Metropolitanæ Dignitatem obtinuit. Monasterium quoque ad Orientem Augustinus fundavit, haud procul a Cantuaria distitum, ubi ipsius precibus exoratus Ethelbertus Rex Ecclesiam SS. Apostolorum Petri & Pauli honoribus Sacram a fundamentis extruxit, & Regia munificentia locupletavit. In hac Ecclesia Augustini & Episcoporum Dorvernensium Successorum ejus, atque etiam Regum Cantii Sepulchra adornata. Non autem Augustino obtigit fors, ut hanc Ecclesiam dedicaret, sed Laurentio Successori ejus. Primus illius Monasterii Abbas fuit Petrus Presbyter, qui

qui Laurentium in profectioe Romana Sæculum VII  
A. C. 601.  
comitatus fuerat; sed & ipsa Sedes Ca-  
thedralis S. Augustini speciem Monaste-  
rii referebat, quippe cum suis Clericis,  
qui etiam Monachi erant, vitam com-  
munem degebat.

## §. XLI.

*Responsum Iberis datum.*

Illo tempore, quo S. Gregorius Melli-  
tum mittebat in Angliam, eum Quiri-  
cius Episcopus Iberiæ, quæ Provincia (\*)  
Ponto Euxino contermina erat, nomine  
omnium Catholicorum illius Regionis  
consuluit, an Episcopi, populi que, qui  
abjecta Hæresi Nestoriana ad Ecclesiam  
Catholicam redirent, baptizandi essent,  
aut sufficeret, Confessionem Fidei eorum  
recipere. S. Gregorius Quiricio respon- IX. epist. 61.  
dit: *A Patribus nostris accepimus, illos,  
qui in Hæresi in Nomine Trinitatis ba-  
ptizati fuerunt, ad Sinum Ecclesiæ Un-  
ctione Chrysmatis, Impositione manuum,  
aut sola Fidei Professione recipi. Unde  
Ariani in Oriente Impositione manuum;  
in Occidente Unctione; Monophysitæ, a-  
liique sola Fidei Professione recipiuntur.*  
Monophysitæ a Græcis dicebantur, qui  
unam tantum Naturam sicut Eutychiani  
in Jesu Christo confitebantur. S. Gre-  
gorius

O o 5

gorius

(\*) Illi populi hodie Giorgiani dicuntur.



Sæculum VII gregorius prosequitur: *At baptizantur illi*  
A. C. 601. *Hæretici, qui in Nomine Trinitatis non*  
*fuerunt baptizati, quales sunt Bonosani,*  
*qui Jesum Christum Deum esse non cre-*  
*dunt, & Cataphryges, qui credunt, Mos-*  
*tanum esse Spiritum Sanctum. Nec ti-*  
*mendum, ne in iis iteretur Baptismus,*  
*quem nunquam acceperunt. Nestoriani*  
*in Nomine Sanctæ Trinitatis baptizati*  
*sunt, idcirco solum in vera Doctrina de*  
*Incarnatione erudiendi sunt, ut credant,*  
*eundem Jesum Christum esse Filium Dei,*  
*& Filium hominis, hanc Veritatem pu-*  
*blice confiteantur, Nestorio & omnibus*  
*ipsius Sæctatoribus Anathema dicant, &*  
*se Concilia, quæ recipiuntur ab Ecclesijs,*  
*recipere promittant. Ita illos admitti-*  
*re non dubites; imo poterunt in Eccle-*  
*sijs suis Ordinem, in quo sunt, retinere,*  
*ut hac spe facilius reducantur.*

## §. XLII.

*Res Africæ.*

1. epist. 8.

Cum Diaconus ex Numidia quereretur,  
 se ab Episcopo suo injuste depositum  
 fuisse; S. Gregorius aliunde certior factus,  
 depositum fuisse ob admissum Impudici-  
 tiæ crimen, datis litteris ad Columbum  
 illius Provinciæ Episcopum, cujus fidem  
 sibi perspectam habebat, dicit: *Si reus est,*  
*includatur, & pœnitentiam agat, si in-*  
*nocens, Ordini suo restituatur, & Episcopus*

*copus severe puniatur.* Hæc Epistola Sæculum VII  
A.C. 602.  
 mense Octobri Indictione quinta nempe  
 anno 601. data est. Ex aliis S. Gregorii  
 Epistolis dispicimus, S. Pontificem arbi-  
 tratum fuisse, ab antiqua Regula nec la-  
 tum unguem esse discedendum, sed Cle-  
 ricos in peccata carnis lapsos Munere  
 suo esse privandos, & nunquam restituendos.

Paulino (\*) ejusdem Provinciæ E-  
 piscopo ad S. Gregorium delato, quod  
 aliquos Clericorum suorum contumeliis,  
 & verberibus affecisset, S. Papa, datis  
 litteris ad Columbum & Victorem Nu-  
 midix Primatem, eos exhortatur, ut re  
 ista in Synodo mature examinata Pau-  
 linum severe castigarent, si reus esset, &  
 Victorem monet, ne Dignitatem suam  
 a Paulino sperni ferat. Tum subjungit:  
*Ad Hilarium Chartularium nostrum  
 mandata misi, ut Judicio vestro, si Causa  
 poscat, intersit.* Is verisimiliter Patri-  
 monii S. Petri in illa Provincia Rector  
 erat. Epistolæ istæ eadem Indictione  
 quinta sed serius, & anno 602. datæ  
 sunt.

S. Gregorius etiam Episcopis Pro-  
 vincix

(\*) Inde colligimus, illud Africanorum De-  
 cretum, ne quis ultra mare, id est, ad Romanam  
 Sedem appellet, aut nunquam fuisse observatum,  
 aut brevi exolevisse.

Sæculum VII vinciæ Byzacenæ scripsit in hunc modum  
 A.C. 602. *Laudabilis Virtus est Superioribus suis  
 Reverentiam exhibere; sed peccatorum  
 dissimulare timor Dei prohibet. Jam  
 diu ante de Clementino Primato vestro te-  
 lia ad me relata sunt, quæ summo dolore  
 percepi. Variæ negotiorum turbæ, &  
 præcipue hostium, quibus hic circumde-  
 mur, terror obstiterunt, quo minus in hac  
 causa possem certiora perquirere; quia  
 vero gravissimas accusationes dissimulare  
 neutiquam licet, exhortamur vos, ut ma-  
 xima cura & vigore Episcopali in hac  
 causam inquiratis; expedit enim, ut Frater  
 Noster; si vere reus est, secundum Ca-  
 nones puniatur; si innocens, ab infami  
 criminatione liberetur. Si quis vestrum  
 in hac Causa negligentia & vecordia  
 culpam admisit, sciat, quod se ipsum  
 coram Deo illorum scelerum reum faciat  
 & participem. Ita S. Gregorius Eccle-  
 siarum Africae curam Auctoritate Papali  
 gerebat.*

## §. XLIII.

*Res Franciæ.*

**B**runchildis Regina, & Theodoricus  
 Rex Nepos ejus, missis Romam Bur-  
 goaldo & Varmaricario Legatis, de aliis  
 quibusdam Causis & cum primis de Pace,  
 quam cum Imperio Romano inire cu-  
 piebant, acturis, insuper quærebant,  
 quid

quid statuendum esset de Episcopo quo-  
 dam, tam acutis capitis doloribus labo-  
 rante, ut deliraret non nunquam, &  
 Munere suo defungi non posset. Ad  
 hæc S. Gregorius Etherio Archiepiscopo  
 Lugdunensi, haud dubie illius Episcopi  
 Metropolitanæ, scribens dicit: *Non licet  
 ordinare alium Episcopum in Sedem E-  
 piscopi viventis & nolentis, si non crimi-  
 na obstant, sed morbus, quo minus Offi-  
 ciis Episcopi fungi valeat; sed si per in-  
 tervalla sapiat, ipsemet dato Libello pe-  
 tat Successorem sibi eligi, & sic Successor  
 ordinari poterit, addita conditione, ut  
 Episcopo Seniori ex Reditibus ejusdem  
 Ecclesiæ sustentationem congruam præ-  
 beat. Si vero Episcopus ille nunquam  
 amplius mentis compos fiat, eligatur vir  
 fidelis & idoneus, qui curam animarum,  
 Disciplinæ, & Rerum temporalium Ec-  
 clesiæ gerat, & si Episcopo infirmo super-  
 vixerit, in ejus locum ordinabitur. Or-  
 dinationes autem Presbyterorum & Cle-  
 ricorum, si in illa Ecclesia necessitas po-  
 stulet, ut aliqui ordinentur, tibi sint re-  
 servatæ. Ex his dispicimus, quod Coad-  
 jutor, etiamsi succedenti spem haberet,  
 non tamen Episcopus fuerit ordinatus.*

Sæculum VII  
 A.C. 602.

XI. epist. 8.

XI. epist. 7.

In fine Epistolæ ad Brunehildem da-  
 tæ S. Gregorius dicit, quod Privilegia  
 pro duobus Monasteriis & Hospitio Au-  
 gustoduni ab ipsa fundatis petita con-  
 cesserit,

XI. epist. 8.

Sæculum VII cesserit, & subdit: *Ne illarum Civitatum*

A. C. 602. *Episcopi aliquando supprimant hac Decreta, in quibus aliqua facere prohibetur, ea Actis publicis inseri, atque in Regiis Tabulariis, eo modo, quo in vestris reposita sunt, jubeas asservari.* Hæc

Epistola mense Nov. Indictione sexta anno 602. data est. Sequuntur tria Privilegia, primum ad Senatorem, Presbyterum & Rectorem Hospitii, quod Syagrius Episcopus & Brunehildis Regina Augustoduni fundaverant, & Monasterium illi Hospitio contigui, Abbatem dirigitur. S. Gregorius prohibet omnibus cujuscunque Dignitatis sint, etiam Regibus & Episcopis, ne Reditus hujus Hospitii diminuunt, aut in alios vias convertant. Abbate defuncto Rex cum consensu Monachorum, sed gratis, Successorem deliget. Abbas ab Episcopo Augustodunensi deponi non possit, nisi sex alii Episcopi Judicio interfuerint & consenserint, & ipse, si Dignitatem Abbatialem simul conservare velit, Episcopus non eligatur, ne bona Hospitii in vias alienos vertat. Sequitur deinde comminatio privationis ab omni Dignitate contra illos, qui huic Privilegio aliquando detraxerint.

*v. Mabill. II. Diplom. c. 9.* Sunt, qui credant, hanc clausulam posteriori tempore fuisse additam, nam ex aliunde exploratissimum est, S. Gregorius

mentem ab eo fuisse alienam, ut sibi Jurisdictionem in Potestates Sæculares usurparet. Aliis hæc Clausula nihil aliud nisi comminatio Judicii Divini etiam in tempore pertimescendi esse videtur.

Privilegium secundum Thessaliæ Abbatissæ Monasterii S. Mariæ, & tertium Luponio ad S. Martinum Abbati inscriptum est, & duo posteriora sunt primo omnino similia.

## §. XLIV.

*Epistolæ S. Columbanii de Paschate.*

Sanctum Columbanum interea Luxovii degentem, & juxta Consuetudinem Hybernorum Pascha decima quarta Lunæ celebrantem, Episcopi Galliæ & Candidus Presbyter a Papa in Franciam missus arguebant; itaque data ad S. Gregorium Papam Epistola S. Columbanus Consuetudinem suam Anatolii Auctoritate nixus, quam S. Hieronymus approbaverat, liberrime defendit, & Victorii computationem cum contemptu rejicit. Rogat Papam, ut suam hac de re Sententiam sibi mittat, sed monet, quemcunque venturum, qui Auctoritati S. Hieronymi adversaretur, ab Ecclesiis Occidentis, id est, ut ipse solet loqui, Hybernæ, tanquam Hæreticum rejectum iri.

Sæculum VII  
A. C. 602.ep. 5. to. 12.  
Bibl. PP.  
Lug. p. 31.  
Sup. l. VIII.  
§. 5.Sup.  
XXVIII.  
§. 51.

Quærit

Sæculum VII  
A. C. 602.

Quærit ex Papa, an communicandum sit cum Episcopis Simoniace ordinatis, aut cum illis, qui post susceptum Diaconatum contra Continentiam licet occulte peccarunt, & tandem quid de illis Monachis esset statuendum, qui majoris perfectionis desiderio invitatis Abbatibus & nulla habita votorum suorum ratione, Monasteria relinquunt, & in Deserta recipiunt. Ex his videmus, præcipuum Monachorum votum fuisse stabilitatis, sicut secundum Regulam S. Benedicti S. Columbanus his addit, se iturum fuisse, ut Pontificem viva voce consuleret, nisi infirma valetudo, & gregis sui cura prohibuisset. Dicit etiam, se in Lectione Libri ipsius Pastoralis summopere fuisse delectatum, petitque, ut sibi suos Commentarios in Ezechielem mittat.

Quamvis S. Columbanus S. Gregorio bis scripserit, ejus tamen Epistola Pontifici redditæ non fuerunt; sed sub eodem tempore eadem de re ad aliquos Galliarum Episcopos ob istam Causam in Concilio congregatos litteras dedit. In illis gratias Deo agit, quod Episcopi ipsius causa ad Synodum coierint, & subjungit:

*Utinam frequentius congregaremini, si temporum nostrorum turbæ non permittant vos secundum Canones semel bisve in anno convenire, saltem toties, quoties potestis, conveniretis; sic enim infra*

ep. 2.

mi confirmarentur, & Boni ad majorem Sæculum VII  
 fervorem excitarentur. Hortatur, ut A.C. 602.  
 intra limites humilitatis & mansuetudi-  
 nis examinent, quænam de Die Pascha-  
 tis celebrandi melior esset Traditio, &  
 circa summam Quæstionis illos remittit  
 ad Responsum ante annos tres a se iis-  
 dem datum, ad tres Epistolas a se ad Pa-  
 pam directas, & libellum inscriptum E-  
 piscopo Arigio. Is Archiepiscopus Lug-  
 dunensis fuisse creditur. Tum subjun-  
 git: *Unum vos rogo, ut ignorantiam*  
*meam in pace & charitate toleretis, cum-*  
*que hujus diversitatis Auctor non sim,*  
*liceat mihi in obscuris his sylvis silere, &*  
*apud ossa septendecim Fratrum nostro-*  
*rum hic mortuorum vitam ducere, qua-*  
*lem hactenus per annos duodecim duxi-*  
*mus.* Ex his liquet, hanc Epistolam scri-  
 ptam fuisse anno 602. cum Monaste-  
 rium Luxoviense anno 590. fundatum  
 sit. Subjungit: *Majorum nostrorum* Sup.  
*Consuetudinem usque in finem retinere* XXXV. §. 9.  
*in votis est. Quid facietis miseris Seni-*  
*bus & Advenis? An non Episcopus de-*  
*ceat nos potius fovere quam persequi?*  
*ire ad vos non sum ausus, ne forte coram* 2. Tim. 2.  
*vobis, quod Apostolus prohibet, disputa-*  
*rem. Nam si Dei voluntas est, ut ex-*  
*pellatis me ex ista eremo, in quam ex re-*  
*motissima Regione propter amorem Jesu*  
*Christi adveni, dicam cum Propheta: Si* Jon. I.  
*Hist. Eccles. Tom. VIII. P p mei*



Sæculum VII *mei causa tempestas ista exorta est, mitte*  
A. C. 601. *te me in mare, ut tranquillitas redeat.*

## §. XLV.

*Mauritii fata. Phocas Imperator.*

**C**um Mauritius Imperator pactorum fidem temere fregisset, illatam ab Avarum Duce cladem passus, pacem de novo petere coactus est; at captivos redimere recusavit, quamvis initio Barbarus modicum pretium peteret, nempe in singulos milites aureum, deinde medium, & demum sextam partem, id est, obolos Atticos quatuor. Hac Mauritii avaritia Avarum Rex in furorē versus ad unum omnes interfici iussit. Tunc vero Imperatorem facti pœnitentia subiiit, missisque ad præcipuas Ecclesias & Monasteria Libellis cum pecunia, cereis & thure, flagitavit, preces pro se ad Deum fundi, ut in hac potius vita quam in altera puniretur. Jam diu ante sordida avaritia Mauritius suorum odium in se concitaverat, hinc ultimo Regni sui anno, cum iussisset milites ultra Danubium hyberna agere, quo sumptibus parceret, & ipsi in hostico raptis viverent, seditione commota Phocam Centurionem Clypeo impositum Centurionum Exarchum proclamant, atque factione illorum militum, qui ab amicis colore virides dicebantur, ad eundem

*Theophyl.*

*Simoc. VII.*

*hist. c. 15.*

*Theophan.*

*an. in. p. 235.*

*Id. ann. 20.*

*p. 239. 8.*

*Simoc. VIII*

*c. II.*

*Simoc. VIII*

*c. 67.*

*Theophan.*

*p. 240.*

deficiente, Mauritius Imperatoriæ Di-  
gnitatis Insignia abjicere, navigio se com-  
mittere, & intempesta nocte fugam ca-  
pere compellitur, plebe Constantinopo-  
litana contumeliosis cantionibus paulo  
antea potentissimum Principem inse-  
ctante. At turbulenta tempestas Pre-  
nete, quod centum quinquaginta stadiis  
seu septem leucis a Civitate distabat,  
appellere coëgit. Interim Phocas usque  
ad *Hebdomon* pervenerat, ibique a Cy-  
riaco Patriarcha in Ecclesia S. Joannis  
die Veneris 23. Nov. Indictione sexta  
anno 602. Imperator coronatus, tum Do-  
minica sequente vigesimo quinto ejus-  
dem mensis curru sublimis, & trium-  
phanti similis Constantinopolim invec-  
tus est. Uxori quoque Leontiaë coronam  
imponi jussit, cohortibus militum, qui-  
bus ab amictu caruleo nomen erat, ad-  
versantibus, & conclamantibus, necdum  
vita excessisse Mauritium; quod ubi  
Phocas audivit, misit, qui Mauritium in-  
sequerentur. Is ad S. Antonium haud  
procul Prenete cum uxore & octo libe-  
ris, quinque filiis, & tribus filiabus (nam  
natu maximus, cui nomen Theodosius,  
fugerat) comprehensus, cum quinque fi-  
liis prope Calcedonem jugulatur, atque  
ut acerbior dolore cor paternum tor-  
queretur, & nati ante parentis oculos pe-  
rissent, prius pueri trucidantur. Cum

Sæculum VII  
A. C. 602.

*Simoc. VIII.*  
*c. 10.*  
*Chr. pasch.*  
*p. 378.*

Mauritius  
perimitur.

Pp 2                      bona

**Sæculum VII** bona Nutrix Regio Principi natu min  
 A. C. 603. mo necdum ablactato vitam servatur

filium suum supponeret, obsistens Mauri-  
 ritius propriam prolem percussoribus  
 prodidit, atque inter filiorum suorum

*Psal. 118.* cædes exclamare auditus est: *Iustus,*

*Chr. Pasch.* *Domine! & rectum Judicium tuum!*

occubuit Mauritius 27. Nov. anno 603

cum regnasset annis viginti & tribus  
 mensibus. Cum eo Frater & alii primi

Dignitatis viri necati. Corpora in ma-  
 re projecta; at capita Constantinopolim

*Sup. XXXIV.* delata & in quodam loco prope portam

*§. 48.* Civitatis præfixa. Theodosius Mauri

*Simoc. c. 12.* filius quoque postea captus, & oculis

*13.* Ecclesia Sopatram Mauriti filiam, Sop-

etarum numero adscriptam, honorat;

*Mart. Rom.* Damiana autem ejusdem Soror Jeroso-

*9. Nov.* lymam profecta, & Abbatissæ Munte-

*Prat. Spir.* functa, cum quadam Nepte sua sanctis-

*c. 127.* me vitam duxit.

*Greg. XI.* id: Phocæ & Leontia uxoris Imaginibus

*epist. c. 1.* septimo Cal. Maji eadem Indictione

ta id est 25. April. anno 603. Romam de-

latis, Clerus, Senatusque in Laterano

in Basilica Julii more consueto acclama-

vit: *Christe! exaudi nos! Vivat Pho-*

*cas Imperator, & Leontia Imperatrix.*

Imagines S. Gregorio jubente in Co-

torium S. Cæsarii in Palatio depositæ fu-

runt, & mense Junio sequente S. Papa

datis ad Phocam Imperatorem litteris

Impe

Imperii Romani coronam gratulatur, *Sæculum VII*  
*Deus, inquit, supremus vitæ humanæ Ar-* A. C. 603.  
*biter quandoque unum hominem evebit,*  
*ut plectat plurimos, quod in longa nostra* II. epist. 38.  
*afflictione experti sumus; quandoque, ut*  
*plurimis afflictis solamen ferat, alium,*  
*cujus Misericordia omnium animos vesti-*  
*ciat, ad summum Potestatis fastigium e-*  
*vebit, quod futurum esse tua Pietate re-*  
*gnante speramus. Deinde hortatur Prin-*  
*cipem, ut omnia Regni præcedentis mala,*  
*testamenta instinctu aliorum, quos ava-*  
*ritia impellit, condita, Donationes ex-*  
*tortas auferat, ut quisque Bonis suis &*  
*libertate in pace fruatur; Quippe, in-*  
*quit, ea inter Imperatores Romanorum,*  
*aliarumque Nationum Reges reperitur* XI. epist. 45.  
*differentia, quod hi mancipiis, Tu vero*  
*liberis hominibus imperes. Ex hac Epi-*  
*stola cernitur, quam parum Mauriti Reg-*  
*num ipsi probaretur. Id rursus ex E-*  
*pistola sequente apparet, nam, cum Pho-*  
*cas scripsisset, se mirari, quod Constan-*  
*tinopoli nullum Legatum a Pontifice*  
*missum invenisset, S. Gregorius respon-*  
*dit: Id non negligentia nostræ, sed duræ*  
*necessitati adscribendum. Nam omnes*  
*Ecclesiæ Nostræ Ministri cum tremore*  
*superbam Dominationem aversabantur,*  
*nec permoveri ullus poterat, ut Constan-*  
*tinopolim proficisceretur in Arcem Cæ-*  
*saream diversurus. Tum Imperatori Bo-*

Sæculum VII Inifacium Diaconum, quem ad eum mis-  
 A. C. 603. tit, commendat, & auxilium efficiendum  
 rogat adversus Longobardos, *Qui nos,*  
*inquit, jam annis triginta quinque ultra,*  
*quam Oratione explicare possim, vexant.*  
 ep. 46. Scripsit quoque ad Leontiam Imperatri-  
 cem, exhortans, ut S. Pulcheriam &  
 S. Helenam imitaretur, & S. Petri Eccle-  
 siæ tutelam susciperet. Tandem etiam  
 ad Cyriacum Patriarcham dedit Episto-  
 lam, eique Bonifacium Diaconum com-  
 mendavit, nec oblitus est exhortari, ut  
 ambitiosum nomen Episcopi Oecumeni-  
 ci dimitteret.

## §. XLVI.

*Joannis Evoriensis Causa.*

XII. ep. 2. Haud multo post tempore Alcysen E-  
 piscopus Coreyræ, quam hodie Corfu  
 dicunt, querelas ad S. Gregorium de-  
 tulit contra Joannem Episcopum Evo-  
 riensem in Epiro, qui e Sede sua ob Bar-  
 barorum incurfus migrare coactus, ad  
 urbem Cassiopem in Insula Coreyra con-  
 fugerat, & Corpus S. Donati, quondam  
 sub Theodosio Magno Episcopi Evorien-  
 sis, Miraculis clari, secum advexerat.  
 Sozo. VII. Postea autem eo non contentus, quod  
 sibi tutum receptaculum fuisset conce-  
 sum, Cassiopem Alcysonis Jurisdictioni  
 subtrahere, & Auctoritatem Episcopa-  
 lem exercere attentavit, Mandato ab  
 Imperatore subreptitie impetrato, quo fa-  
 ctum

Etum suum ratum habebatur. <sup>Quam-</sup> <sup>Sæculum VII</sup>  
 vis vero Mandatum istud suo effectu ca- <sup>A. C. 603.</sup>  
 ruerit, Alcyson tamen querelas detulit  
 ad Imperatorem, qui hanc Causam An-  
 dreæ Archiepiscopo Nicopolitano, u-  
 triusque Metropolitæ, decidendam com-  
 misit. Is, cognita Causa, soli Alcysoni  
 Jurisdictionem in Urbem Cassiopem com-  
 petere pronunciavit, quod Judicium S.  
 Gregorius confirmavit, & licet ingratus  
 Joannis animus meritis fuisset, ut Cas-  
 siope expelleretur, voluit, ut eum Alcy-  
 son mitius haberet, Joannemque ibi ma-  
 nere permetteret, ea conditione, ut da-  
 tis litteris injustæ postulationi renuncia-  
 ret, & si pax fuisset reducta, ad suam  
 Ecclesiam reverteretur.

XII. ep. 3.

S. Gregorius per Epistolam Bonifa-  
 cium Nuncium suum Constantinopoli  
 hujus Causæ rationem edocuit, dicens:  
*Cum in hac Causa Imperatoris auribus  
 falsa fuerint suggesta, satius esse existi-  
 mavimus Sententiam nostram non promul-  
 gare, ne ipsius Mandata contemnere (quod  
 Deus avertat) videamur. Itaque hujus  
 rei veritatem Principem edocebis, & ef-  
 ficies, ut Sententia nostra in locum ipsum,  
 consentiente Imperatore, mittatur, &  
 si potes, ut etiam Mandatum illud exe-  
 quendi addatur.* Tanta apud S. Grego-  
 rium Mandati Cæsarei etiam contra fas  
 impetrati Reverentia notatu digna est.

Pp 4

Hanc

Sæculum VII Hanc Epistolam mense Dec. Indictione se  
 A. C. 603. ptima anno 603. dedit.

§. XLVII.

*Res Tergesti & Anconæ gesta.*

*X. ep. 37.* Firmini Episcopi Tergestensis in Istria  
 Schisma relinquentis Epistola S. Gre  
 gorium maximo gaudio retecerunt. Hinc  
 rescribens exhortatur ad constantiam  
 & promittit auxilium. Stetit etiam  
 promisso; nam Severus Episcopus Gra  
 densis, Schismaticorum in Istria Caput,  
 Firminum ad reditum sollicitare non o  
 misit; cumque promissis virum perme  
 vere non posset, seditionem in eum ex  
 citavit. Igitur S. Gregorius hac super  
 re Patricio Smaragdo Ravennæ Exarcho,  
 Callinici Successori, scripsit in hunc mo  
 dum: *Quia propior illis locis degis, mi  
 lius edoceri potuisti, quanta Frater no  
 ster Firminus tulerit; hinc rogo te, ut  
 missis ad Vicarios tuos in Istria mandatis  
 Episcopo quietem præstes; quod si feceris,  
 plures alii ad sequendum ejus exemplum  
 allicientur.*

*XII. epist. 6.* Ecclesia Anconitana vacante viri tres  
 eligibiles nominati sunt, Florentinus Ar  
 chidiaconus, Rusticus ejusdem Ecclesie  
 Diaconus, & Florentius Diaconus Ra  
 vennæ. Hac super re S. Gregorius ad  
 quemdam Episcopum scripsit: *Audiri  
 mus, Florentinum Archidiaconum S. Scri  
 pturam*

pturam intelligere, sed extrema senectute Sæculum VII  
 gravem esse, & adeo parcum tenacemque, A. C. 603.  
 ut nunquam amicus cum ipso pransurus in  
 domum ejus pedem inferat; præterea eun-  
 dem juramento coram Sanctis Evangeliiis  
 se obstrinxisse, nunquam Episcopatum ac-  
 cepturum. Rusticum Diaconum dicunt  
 esse virum vigilem, sed Psalmos ignorare.  
 Florentium scimus esse diligentissimum,  
 sed mentis ejus interiora non perspeximus.  
 Itaque Anconam cum Fratre nostro Ar-  
 menio ejusdem Ecclesiæ Visitatore cito  
 te conferas, & omnia exacte perquiras. Si  
 Florentius eligitur, consensus ipsius Epis-  
 copus petatur, quem tamen vi Mandati  
 nostri non det, ne invitus acquiescere vi-  
 deatur. Hic videmus, quanta S. Gre-  
 gorii fuerit attentio, ne quemquam Fra-  
 trum suorum offenderet.

## §. XLVIII.

*Res Hispanice.*

Episcopis Hispaniæ duobus, Januario  
 Malacano & Stephano alterius Eccle-  
 siæ Episcopo, apud S. Gregorium quere-  
 lam moventibus, quod vi & injuria Sedi-  
 bus suis pulsî fuissent, in ipsa loca misit  
 Joannem Defensorem, tanquam S. Sedis  
 Delegatum utramque Causam judicatu-  
 rum; dedit quoque Mandata, præscri-  
 bens, quid agere deberet. In illis dicit:  
*Si nemo contra Januarium Episcopum cri-* XI. ep. 52.



Saeculum VII A. C. 603. *men probaverit, Sedi suæ restitatur, & qui contra ipsum ordinatus est, omni Ministerio Ecclesiæ privatus in ejus manus tradatur, quem carceri mancipet, vel hoc ad nos mittat. Episcopi, qui ipsius Ordinationi adfuerunt, ad sex menses Communionem Corporis & Sanguinis Domini Nostri priventur, & in Monasterio penitentiam agant; si vero in mortis periculum incidant, Viaticum eis non denegetur. Si dicant Episcopi, consensum suum ad hanc Dispositionem metu Potestatis Sacularis fuisse extortum, de Penitentia tempore aliquid dematur. Si ille, qui Sedem Januarii usurpavit, defunctus fuerit, & alius ei fuerit successus, minor est hujus culpa, quia mortuo successisse videtur. Talis in alia Ecclesia vacante eligi poterit, & a sola Sede Malacana ita excludetur, ut nullo tempore illam repetere possit. Comitibus (is est ille Magistratus, contra quem mota fuerat Actio) cogetur ad reparandum omne damnum, quod Januarius Episcopus ob vim sibi illatam passus est, & quantum illud fuerit, Episcopo juramento affirmantis fides adhibeatur.*

*In Causa Stephani Episcopi imprimè attendendum, an Sententia secundum Canones fuerit pronunciata. An alii fuerint Testes, alii Accusatores, an præstito juramento, & Reo præsentem accusationem protulerint, an acta fuerint scripta, an defensionem*

*ensionis locus & libertas data. Exami-* Sæculum VII  
A. C. 603.  
*nandum quoque, quinam sint Accusatores*  
*& Testes, qualis eorum vita, conditio,*  
*fama. An non sint homines ultimæ fæ-*  
*cis, aut aliunde Reo infensi, an audita re-*  
*ferant, vel ea, quæ certo sciunt, an Sen-*  
*tentia duabus Partibus præsentibus fue-*  
*rit promulgata. Si de quibusdam Accu-*  
*sationis Articulis non fuit pronunciatum,*  
*attendendum est, an illi Articuli inter*  
*ceteros sint levissimi, vel gravissimi. Re-*  
*liqua sunt illis similia, quæ de Causa Ja-*  
*nuarii retulimus. At istæ Judicii Eccle-*  
*siastici Regulæ sunt omnino attentione*  
*dignissimæ.*

In altero Mandato Joanni Defensori  
 tradito continebantur Excerpta ex multis  
 Legibus, quibus ea, quæ Juris sunt cir-  
 ca præcipuos negotii ipsi commissi Arti-  
 culos definiebantur; scilicet, Presbyte-  
 rum a nemine nisi ab Episcopo suo judi-  
 cari oportere, Episcopo vim inferre in  
 Ecclesia sua esse crimen capitale & publi-  
 cum, sicut crimen læsæ Majestatis; Epis-  
 copum invitum non posse in Judicium  
 trahi coram Judice Laico, nec ab Epis-  
 copis alterius Provinciæ judicari. Dein-  
 de in illo Mandato hæc leguntur: *Si*  
*quis objiciat, quod Episcopus Stephanus*  
*nec Metropolitanam nec Patriarcham ha-*  
*buerit, respondendum, ipsum, sicut petiit,*  
*a Sacra Sede, quæ omnium Ecclesiarum*  
 Caput

XI. ep. 56.

**Sæculum VII** *Caput est, fuisse judicandum.* His mandatis addita erat Sententia Januario Episcopo favens, qua innocens pronuntiatur, & Episcopi, qui eum condemnaverant, cum Episcopo in ejus Sedem intruso secundum priora mandata damnatur. Hæc Acta inter epistolas anno 603, datas leguntur.

A. C. 603.  
XI. epist. 55.

§. XLIX.

*Reccaredi & S. Leandri obitus.*

**T**ot mala in Ecclesiis Hispaniæ, & Episcoporum vilipensio originem traxisse videntur ex Seditiõibus, quæ secuta sunt decessum Regis Reccaredi; is enim Toleti anno Regni sui decimo quinto æra 639. idest, anno JESU CHRISTI 601. obiit, postquam in Pace & Gloria, reducto ad Religionem Catholicam Populo suo, regnasset, Princeps lenis & humanissimus, cujus vel solus aspectus etiam malos ad amorem invitabat. Ecclesiis & privatis fundos reddidit, quos Patet ejus usurpaverat, & Fisco addixerat, sæpe imperata populis tributa condonavit, ut ceteras largitiones & elemosynas silentio prætereamus. Vitam sancte clausurus in Spiritu Pœnitentiæ Fidem publice professus est. Ita de eo loquitur S. Isidorus, qui S. Leandro Fratri suo in Sede Hispalensi novissime successerat. S. Leandri Memoriam Ecclesia 27. Febr. co-

*Isid. Ch. Sup.*  
XXXIV. n. 55

*Id. illust. c. 28*  
*Martyr. R.*  
7. Febr.

lit. Reccaredo Regi successit filius Liu-<sup>Sæculum VII</sup>  
 ba, adhuc quidem juvenis, sed præcla- <sup>A. C. 603.</sup>  
 ram a Natura indolem nactus, ideoque  
 spes unica Patriæ; verum, triste fatum!  
 annis duobus Regno potitum Vitericus  
 rebellis de throno deturbat, manu dex-  
 tra mutilat, & vita exiit annos natum  
 viginti duos. Ita Vitericus Gothicis in  
 Hispania annis septem ab æra 641. Anno  
 Jesu Christi 603. regnavit.

Eodem anno Theodorici Regis octa-  
 vo, quo Sol Eclipsin passus est, in Con-  
 cilio Cabilloni ad Ararim celebrato De-  
 siderius Episcopus Viennensis Aridio E-<sup>Fred. Chr.</sup>  
 piscopo Lugdunensi & Brunehilde Re- <sup>c. 24.</sup>  
 gina instigantibus depositus est, & Domno-  
 lus in ejus locum suffectus. Desiderium <sup>Id. c. 32. Jon.</sup>  
 primum in quamdam Insulam relegatum, <sup>vit. S. Col.</sup>  
 cum inde rediisset, elapsis annis quatuor <sup>c. 54.</sup>  
 Theodicus Rex lapidibus obrui jussit  
 ejusdem Aridii & Reginæ consilio impul-  
 sus. Ita extinctus est Desiderius 23. Maji  
 anno 607. in Territorio Lugdunensi in  
 ripa amnis Chalononæ, locusque adhuc <sup>Boll. tom. 16.</sup>  
 hodie ab ejus nomine appellatur. Eccle- <sup>p. 251.</sup>  
 sia ejus memoriam inter SS. Martyres co- <sup>Mart. R. 23.</sup>  
 lit, atque Sepulchrum multis prodigiis <sup>Maji.</sup>  
 claruit.

§. L.

*Epistola ad Theodelindam.*

In Italia interea inter Romanos, Lon-  
 gobardosque recruderat bellum, &  
 mense

Sæculum VII mense Nov. ejusdem anni 603. Inducias

A. C. 603. pacti fuerant usque ad primum Aprilis

*Paul. Diac.* Indictionis octavæ, id est, annum 603.

IV. *hist.* servandas. Haud multo post reddita

*Long. c. 29.* sunt Papæ Reginae Theodelindæ litteræ,

quibus Nativitatem & Baptismum filii

sui Aldovaldi significabat. Hunc in Ec-

clesia S. Joannis Modeceni in Die Pascha-

tis eodem anno 603. baptismo ablui, &

a Secundino Abbate, cujus pietatem

maxime colebat, e fontibus levari iusse-

rat. Simul Pontifici misit quædam Ab-

batis Scripta de quinto Concilio, roga-

XII. *epist. 7.* batque, ut responderet. S. Gregorius

datis litteris Reginae gratulatus est, quod

Regium Puerum, cui aliquando Longo-

bardorum corona destinabatur, in Ecclē-

sia Catholica baptizari curasset; exultat

vero, quod Secundini Scriptis jam re-

spondere non possit morbo impeditus,

*adeo me torquet podagra, inquit, ut ne*

*loqui valeam, prout Legati tui viderunt,*

*qui advenientes invenerunt me ægrotum,*

*& discedentes in magno vitæ periculo re-*

*liquerunt. Si Deus me sanitati restitue-*

*rit, ad omnia, quæ mihi scripsit Secun-*

*dinus Abbas, exacte respondebo. Interim*

*mitto tibi Concilium tempore Justiniani*

*Imperatoris celebratum, ut Secundinus*

*illud perlegens eorum omnium, quæ con-*

*tra S. Sedem & Ecclesiam Catholicam con-*

*ficta audivit, falsitatem cognoscat. Aver-*

*tat*

*tat Cælum, ut Hæretici cujuscunque opi-* Sæculum VII  
A. C. 604.  
*nionem recipiamus, aut ab Epistola S.*  
*Leonis & quatuor Conciliis vel latum un-*  
*guem discedamus.*

*Aldovaldo Principi filio tuo in Xe-*  
*nium mitto Crucem cum particula Ligni*  
*ex vera Cruce, & Librum Evangelii in*  
*pixide Persica, Filiae tuæ autem tres an-*  
*mulos, quæ rogo, ut eis manu tua tradas,*  
*sic enim plurimum pretii his donis accedet.*  
*Id etiam rogo, ut nomine meo Conjugi tuo*  
*gratias agas, quod Bono nostro Pacem inie-*  
*rit, atque, quod ante jam fecisti, Regem*  
*ad eam servandam permoveas. Hæc epi-*  
*stola mense Januario anno 604. Indictio-*  
*ne septima data est, & reperitur inter*  
*Epistolas S. Gregorii ultima, cui dies*  
*appositus.*

## §. LI.

*S. Gregorii Beatus Obitus.*

*Sanctus Gregorius tandem morbis & la-* Jo. Diac. IV  
vit. c. 68.  
*boribus consumptus beato fine quie-*  
*vit 12. Mart. eodem anno 604. postquam*  
*sedisset annis tredecim, mensibus sex &*  
*decem diebus. Sepultus est in extrema*  
*parte porticus Basilicæ ad S. Petrum in*  
*aditu ad Aulam, in qua S. Leo, & qui-*  
*dam alii Pontifices sepulti. Novas Ec-*  
*clesias non extruxit, sed antiquas mul-*  
*tis expensis reparavit. In Ecclesia S. Pe-*  
*tri Ciborium argenteum quatuor colum-*  
*nis*

Sæculum VII nis nixum construi curavit. Tunc tem-  
A. C. 604. poris Ciborium seu Fastigium dicebatur,  
 quod hodie Umbellam, seu Cœlum pen-  
 file, quod Altare tegit & ornat, appel-  
 lamus. Ejusmodi Ciborium S. Gregorius  
 etiam in Ecclesiam S. Pauli posuit, & ad  
 accendendos cereos & alendum lucerna-  
 rum ignem ejusdem Ecclesiæ aliquot fun-  
 dos haud procul inde sitos assignavit, unde  
 dispicimus consuetudinem illius æta-  
 tis Ecclesias accensis facibus magnifice  
 illustrandi. Hujus Donationis Instrumen-  
 tum inter Epistolas S. Gregorii, rursus-  
 que in illius Ecclesiæ marmore scriptum  
 addito die 25. Jan. anno 604. visitur. S.  
 Gregorius duabus Ordinationibus semel  
 in Quadragesima, tum Mense Sept. Pres-  
 byteros triginta novem, Diaconos quin-  
 que & Episcopos septuaginta quinque  
 creavit.

XII. epist. 9.  
 inscr. inte  
 ep. Greg.

Ceterum nullus Summorum Pontifi-  
 cum plures Libros, quam S. Gregorius  
 nobis reliquit, & tamen S. Viri Mode-  
 stia offendebar, quod videret, Scripta  
 sua sese adhuc vivente maximi aestimari,  
 cumque ei fuisset relatum, quod Marti-  
 nianus Episcopus Ravennatensis Comen-  
 tarios suos in Librum Job in Officio No-  
 cturno publice legi præciperet, id apud  
 X. epist. 22. Nuncium suum querens dicit: *Opus istud  
 non scripsi populo, & incipientibus magis  
 nocere potest quam prodesse. Dic ei, me-  
 lius*

lius facturum, si Commentarios in Psal. Sæculum VII  
A. C. 604.  
mos, quia ad formandos mores Laicorum  
admodum idonei sunt, legi jusserit. Id

sine dubio de S. Augustino accipiendum  
est, non enim scimus, S. Gregorium  
Psalms explicasse. Claudius Abbas Claf-  
sensis, cum S. Gregorium Proverbia,  
Cantica, Prophetas, Libros Regum &  
Heptaticum explicantem auscultasset, il-  
lius dicta litteris consignaverat; verum  
S. Gregorius deprehendit, quod sensum  
verborum suorum in multis locis muta-  
set; idcirco Claudio Abbate defuncto  
omnia illa Scripta auferri jussit. Non  
nulli Commentarium in Librum Regum,  
& in Cantica, quem inter opera S. Gre-  
gorii recensemus, Claudii Abbatis Opus  
esse existimant.

*ibid.*

Opera autem S. Gregorii sunt Libri  
Morales in Job in quinque Partes divisi,  
Liber Pastoralis, Homiliæ viginti duæ  
in Ezechielem, Homiliæ quadraginta in  
Evangelia, Libri quatuor Dialogorum, S. Greg. Libri  
Ibid. Illust.  
c. 27.  
Epistolæ, numero 840. in duodecim Li-  
bros divisæ secundum quatuordecim In-  
dictiones, nam Libri, secundus & septi-  
mus, singuli Indictiones duas comple-  
ctuntur. In hunc modum Veteres S.  
Gregorii Opera recensent, nec apparet,  
quidquam de iis fuisse deperditum. An-  
tiphonarium & Sacramentarium revera  
*Hist. Eccles. Tom. VIII.* Qq ipsius



Sæculum VII ipsius sunt; sed negari non potest, ali-  
 A. C. 604. qua fuisse addita, sicut in ejusmodi opa-  
 ribus fieri amat. S. Gregorii Stylus ru-  
 de illius Sæculi judicium sapit, atque ipse  
 Ep. ad Leon. in Job. c. 5. profitetur, quod artem bene dicendi vi-  
 lipenderet, & indignum putaret Ver-  
 bum Dei Grammaticæ Regulis alligare.

Jo. Diac. IV  
 vit. c. 80.

c. 83.

Cum defuncti Corpore servata est  
 lipfanotheca, quam collo dependentem  
 gestitabat, Pallium, & Cingulum, at-  
 que ex istarum rerum aspectu liquebat  
 posteris, quantum paupertatem, & ve-  
 stimentorum vilitatem amaverit. Lipfa-  
 notheca, quæ Crux pectoralis fuisse cre-  
 ditur, ex lamina tenui argenti erat. In  
 Monasterio S. Andreæ S. Gregorius se  
 ipsum cum Patre suo Gordiano, & Ma-  
 tre Silvia in tabellas referri jusserat. Pro-  
 pe Nymphæum, id est, illum Monaste-  
 rii locum, quo feminis licebat intrare,  
 visebatur S. Petrus sedens & manu te-  
 nens Gordianum stantem, & super Dal-  
 maticam Casula castanei coloris indutum.  
 Erat Gordiano magna statura, vultus ob-  
 Parentum longus, & gravitate venerabilis, medio  
 Imagines. cris barba, capillitium densum. Ex parte  
 te adversa conspiciebatur Silvia sedens  
 Tegebatur velamine candido, quod ab  
 humero dextro descendens cooperiebat  
 latus sinistram, ubi manus sub pallio si-  
 stinebatur. Subtus habebat longam mi-  
 nus

nus nitidi candoris tunicam. Vultus erat orbicularis, & anilis quidem, sed in quo miræ pulchritudinis vestigia deprehendebantur. Caput nornabat Mitra muliebris, quam tania alba obligabat. Duos digitos manus dexteræ extendebat, quasi signum Crucis formatura, & sinistra tenebat apertum Psalterium. In alio loco intra Monasterium S. Gregorius, ejusdem Artificis manu depictus, visebatur. Vir erat spectabili corporis habitu; vultus & lineamentorum æqualitate Patrem & Matrem referens. Barba mediocri, capillis subnigris & crispis, & lata Corona, parte anteriore calvus, nisi quod duo cincinni prominere. Frons illi aperta, facies liberalis, & ex qua comitas elucebat, manus formosæ, vestis, sicut Parentis ejus, Casula coloris castanei super Dalmaticam; præterea vero Pallium Pastorale humeris impositum, & ad latus dependens. Sinistra Evangelium tenebat, dextera Signum Crucis formans. S. Gregorius eum in finem in suo Monasterio ita depingi voluerat, ut Monachi Imaginem ipsius intuentes ad fervorem Monasticæ Observantiæ excitarentur. Picturæ istæ adhuc dum Ætate Joannis Diaconi, qui eas accurate describit, visebantur. Idem, Pictores supra S. Gregorii scribentis caput Spiritum Sanctum

Sæculum VII  
A.C. 604.

c. 84r.

c. 79.

Qq 2

in

Sæculum VII in specie columbæ repræsentare solitos  
A. C. 604. fuisse, testatum facit. (\*)

## §. LII.

*Sabinianus & Bonifacius III. Papa.*

Postquam Sacra Sedes menses quinque  
 & medium vacasset, Sabinianus pri-  
 mo

(\*) Hæc proluxe & merito quidem Fleurius de  
 S. Gregorio Magno, qui Monachorum Gloria  
 & Summorum Pontificum Exemplar extitit. Il-  
 lud vero nescio an ridiculum magis vel obstupe-  
 scendum sit, quod in S. Joannis Damasceni orat.  
 de Fidel. Defunctis legitur, si tamen hujus S.  
 Patris genuinum opus est ista oratio. *Prodeat  
 in medium Gregorius Dialogus antiquior Ro-  
 mæ Episcopus, Vir, ut omnes norunt, tum vir-  
 tæ Sanctitate, tum eruditione clarus ac celebris;  
 quem, cum Sacris operaretur, cælestem ac di-  
 vinum Angelum Sacrosancti muneris Socium ho-  
 buisse narrant; hic, cum pro peccatorum Tra-  
 jani remissione orasset, vocem audivit: preces  
 tuas exaudi, ac Trajano ignosco. Tu vero  
 posthac caveto, ne mihi pro impiis supplices  
 Quodque istud verum sit, atque ab omni calumnia  
 alienum, Oriens totus atque Occidens testatur.*  
 Hæc ille. Ad istud Cardinalis Baronius Anno  
 604. Indecorum credere pro impia & impura  
 anima orasse Gregorium, quæ nefanda facta  
 ta libidine &c. In S. Gregorii Epitaphio  
 versus leguntur:

Implebatque actu, quidquid Sermone do-  
 cebat.

Anglos ad Christum convertit mente benigna

mo Sept. anno 604. Papa ordinatus, S. Sæculum VII  
 Sedem non ultra quinque menses & dies A. C. 605.

*Anast.*

Is Boni filius, in Hetruria natus, Constantinopoli apud Imperatorem Mauritium Nuncius fuerat. Ipso sedente, cum Roma dira fame vexaretur, Ecclesiæ horreum jussit aperiri, & frumentum populo venundari. Triginta modii pro uno solido aureo dabantur. (\*) Ordinavit Episcopos viginti sex in diversis locis, & quidquam ad Luminaria in Ecclesia S. Petri contulit, ubi 22. Febr. anno 605. sepultus est. Sacra Sedes vacavit uno ferme anno, tandemque 25. Febr. anno 606. Papa ordinatus est Bonifacius tertius qui Sedem tenuit mensibus octo & diebus viginti tribus usque ad diem Obitus sui duodecimum Nov. Natus erat Romæ Joannis Caraudiocii filius, & ipse Phoca Imperatore Constantinopoli Apocrisarius.

Bonifacius Papa ab Imperatore Phoca obtinuit, ut Sacræ Sedis Romanæ Primatus adversus Patriarchæ Constantinopolitani molimina confirmaretur, idque accipitur de Nomine Patriarchæ Oecumenici, quem usurpare Phocas ipsum tenuit,

*Anast. Paul. D.IV.h.c.37.*

Q9 3

(\*) Hic vel error Typi est, vel halucinatus est Fleurius, nam in aliis Scriptoribus legitur, quod turpi quæstu modium unum pro triginta solidis vendiderit.

Sæculum VII tuit, cum antea Mauritius Imperator  
 A. C. 605. eundem superbum Titulum usurpantem,  
 S. Gregorio frustra obistente, semper  
 defendisset. Cyriacus tunc temporis Pa-  
 triarcha Constantinopolitanus Phocam  
 offensum habebat, quod prohibuisset et  
 Majore Ecclesia rapi Constantinam Impe-  
 ratricem & tres filias ejus, quæ, post-  
 quam earum conjuratio patuisset, illuc  
 confugerant. Cyriacus eodem anno die  
 Sabbati 29. Octobr. e vivis excessit, &  
 sequente die in Ecclesia SS. Apostolorum  
 pro more sepultus est. Postquam Sedes  
 Constantinopolitana tribus prope men-  
 sibus vacasset, 23. Jan. Indictione deci-  
 ma, nempe anno 607. Patriarcha electus  
 est Thomas Majoris Ecclesiæ Diaconus  
 Sacellarius seu Thesaurarius Patriarchæ,  
 & Ordinationibus præfectus, qui annos  
 tres & menses duos sedit.

*Sup. Lib.*  
 XXXV. n. 39.  
*Ta. an. 4. Ph.*  
 p. 246. *Chr.*  
*Pasch. p. 381.*

*Anast.*

Bonifacius Papa Concilium Romanum  
 in Ecclesia S. Petri convocavit, cui Epi-  
 scopi septuaginta duo, Presbyteri tri-  
 ginta quatuor, Diaconi & omnes Cleri-  
 ci Romani interfuerunt. In eo sub Ana-  
 thematis pœna prohibitum, ne quis Pa-  
 pa adhuc vivente, aut quocunque alio  
 Episcopo, de Successore mentionem fa-  
 cere auderet, sed tertio post defuncti  
 Episcopi exequias die Clerici & Fideles  
 illius Ecclesiæ ad eligendum novum Epi-  
 scopum convenirent. Papa Bonifacius  
 Episco-

Episcopos viginti & unum in diversis locis ordinavit, & eodem anno 606. mortuus, in Ecclesia S. Petri duodecimo Nov. sepultus est. Exinde Sacra Sedes menses decem & sex dies vacavit.

§. LIII.

*Schisma Aquilejense.*

Severo Patriarcha Aquilejensi fatis functo, Joannes Abbas in Civitate veteri Aquilejensi Agilulpho Longobardorum Rege & Duce Gisulvo consentientibus in ejus locum ordinatus est. At interim etiam Romani Gradæ (†) alium (‡) intelligunt Patriarcham, cui nomen Candidianus, ordinaverunt; nam ex quo Barbari in has terras irruerant, Episcopi Aquilejenses in parvam Insulam Gradam in mari Istriæ sitam se receperant, ibique Sedem fixerant. Itaque Joannes Patriarcha apud Agilulphum Regem hac super re querelas movit, dicens, Episcopos Istriæ Græcis subditos Candidianum neutiquam libere, sed vi adhibita ab Exarcho compulsos elegisse, qui ex Grada Ravennam abstractis fustes gladiosque ostendisset, carceres & exilium minatus, ne quidem loquendi libertate relicta. Præterea, inquit, Candidianus Episcopatu indignus est, cum sub Anathematis pœna coram Severo Antecessore meo juramento se obstrinxerit,

Sæculum VII *xerit, nunquam se ad altio rem gradum  
A. C. 606. ascensurum. Cura igitur, Rex! ut Fi-  
des Catholica te Regnante incrementum co-  
piat, & postquam Candidianus decesserit,  
Paul. ibid. tio fiat.* Hæ preces effectu caruerunt,  
nam Candidiano defuncto Episcopi Ro-  
manis subjecti in Grada Epiphanium an-  
tea Notariorum Primicerium ordinarunt,  
atque exinde duo Patriarchæ Aquilejen-  
ses extiterunt. Cum certum sit, Roma-  
nos fuisse Catholicos, Joannes, qui de  
illis, tanquam Hæreticis loquitur, ipsemet  
fuisse Schismaticus & trium Capitalorum  
Defensor creditur.

## §. LIV.

*Britones Schismatici.*

*Bedall. h. c. 2* Veteribus Magnæ Britannia Incolis in  
Schismate perseverantibus, tum Fe-  
stum Paschale die decimo quarto Luna,  
& plures alias Consuetudines Ecclesie  
Unitati contrarias observantibus, S. Au-  
gustinus Cantuariensis omnem industriam  
adhibebat, ut eos ad Ovile reduceret.  
Ethelberti Regis Auctoritate suffultus E-  
piscopos & Magistros Britonum Provin-  
cia, quæ Regno ejus proxima erat, nempe  
(†) Aliter Walliæ, (†) ad Collationem convo-  
Cambria. cavit, quæ in Saxonum Britonumque  
confinio & loco, quem exinde Angli Au-  
gusti-

*gustineizat*, id est, *Augustini Robur*, Sæculum VI.  
 appellarunt, habita est. Initium dicen- A. C. 606.  
 di fecit, eos fraterne exhortando, ut ad  
 Ecclesiæ Unitatem redirent, sicque omnes  
 unitis viribus ad prædicandam Infideli-  
 bus Fidem se accingerent, at, postquam  
 diu multumque disputatum, videns quod  
 nec precibus, nec hortatibus, nec objur-  
 gationibus cederent, sed consuetudinem  
 suam Ecclesiæ Universalis Traditioni præ-  
 ponerent, tandem dixit: *Oremus Deum, Psal. 67. 7.*  
*qui inhabitare facit unius moris in domo,*  
*ut nos editis signis cælestibus edoceat, quam*  
*Traditionem sequi oporteat. Adducatur*  
*ægrotus, & illius, cujus precibus sana-*  
*tus fuerit, Fides tenenda credatur ab omni-*  
*bus.* Cum Britones, quamvis ægre, con-  
 sentirent, adducitur in medium quidam  
 Anglus cæcus, & prius Episcopis ipso-  
 rum sanandus præsentatur, tum, quia  
 illi miserum juvare non poterant, Augu-  
 stinus in genua se demittens oravit Deum,  
 ut huic homini lumen reddendo multo-  
 rum Fidelium corda illustraret. Illico vi-  
 dit, qui cæcus fuerat, profitentibus o-  
 mnibus, Augustinum Veritatem doce-  
 re. Idipsum Britones confitebantur; sed  
 tamen dicebant, se antiquas suas Con-  
 suetudines dimittere sine Fratrum suo-  
 rum consensu non posse, petebantque,  
 ut alterum Concilium & amplius convo-  
 caretur.

Q95

Cum



Sæculum VI.  
A. C. 606.

Cum istud omnibus probaretur, præstituto tempore adfuere septem Britonum Episcopi multique viri Doctrinæ fama celebres ex Monasterio, *Bancor* dicto, cui tunc temporis Abbas Dinothus præerat. In eo Monasterio tantus fuit Monachorum numerus, ut necesse fuerit, illud dividere in septem Regiones; erantque in singulis saltem trecenti Monachi, omnesque de manuum suarum labore vivebant. Monasterium istud in Provincia Walliæ situm cum alio Monasterio ejusdem nominis *Bancor* in Hibernia & Provincia Ultoniensi posito confundi non debet.

*V. Men. conc. reg. p. 337. Mab. tom. I. Act. p. 522.*

Priusquam ad Concilium venirent, consuluerunt Anachoretam, de quo inter ipsos maxima erat Doctrinæ & Sanctitatis opinio. Ex eo itaque quærentibus, an Augustino morem gerere deberent, & Traditiones suas dimittere, respondit: *Si vir iste ex Deo est, sequimini eum.* Dixerunt: *Ex quo autem signo cognoscemus eum?* respondit Anachoreta: *dixit Dominus: tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Si Augustinus iste talis est, ipsum Jesu Christi jugum portare, & cupere credatis, ut & vos eidem jugo colla submittat, si superbus est, liquet, eum a Deo non venire, nec, quid dicat, vobis cura sit.* Dixerunt: *Quomodo vero bu-*

*militatis ejus experimentum capiemus?* Sæculum VI.  
A. C. 606.

Respondit: *Hac utimini industria: expectate, dum ipse prior cum suis locum Concilii ingressus fuerit; si vobis deinde intrantibus assurrexerit, pro certo tenete, esse Servum Jesu Christi, & obedite ei, si se non moverit, quamvis plures numero sitis, spernentem vos spernite.* Ipsi Concilium ingressi Augustinum sedentem conspexerunt; mox, iracundia ardentem, virum esse superbia inflatum secundum sermones sui Anachoretæ judicarunt, eique ex composito in omnibus obloqui cœperunt. Ipse ad eos: *Quamvis plurimos Ritus usui nostro, qui Ecclesiæ Universalis est, teneatis, tamen contentus ero, si in tribus Articulis, quod suadeo, faciatis. Si Pascha illo, quo decet, tempore celebretis, si Baptismum juxta Ritus Ecclesiæ Romanæ conferatis, & inita nobiscum Societate Verbum Dei Anglis prædicetis. Si hæc nobis detis, reliqua tolerabimus.* Responderunt Britones; conditiones sibi nequaquam placere, nec eum unquam Archiepiscopum suum recepturos, dicebantque alter ad alterum: *Cum hodie nobis venientibus assurgere noluerit, postquam ipsi subjecti fuerimus, ne quidem aspectu dignabitur.* S. Augustinus dixit: *Pacem inire cum Fratribus vestris respuitis, ideo bellum vobis erit cum inimicis, & Angli, nempe illi*

Sæculum VII *illi ipsi vobis inferent necem, quibus vitam*  
A. C. 606. *vita & Salutis æternæ monstrare recu-*  
*sis.* Impletum est hoc vaticinium S. Au-  
 gustino jam diu defuncto, quippe Edil-  
 fridus Anglorum Rex, cum valido exer-  
 citu in Civitatem Britonum Carleolum  
 expeditione suscepta, magnas strages edi-  
 dit. Primi omnium Episcopi & Mona-  
 chi jugulati, qui devictorum vitam ab  
 hoste deprecari audebant. Armatorum  
 vero mille ducenti interfecti sunt.

## §. LV.

*S. Augustini Cantuariensis Obitus.*

*Bed. ll. h. c. 3.* Augustinus Archiepiscopus anno 604  
 duos Episcopos Mellitum & Justum  
 ordinaverat. Mellitum misit in Provin-  
 ciam Saxonum Orientalium, quos Tha-  
 misis a Cantis dividebat. Illius Provin-  
 ciæ Caput erat Londinum, in quam Ci-  
 vitatem jam illa ætate mercatores terra-  
 marique frequentissimi confluebant. Cum  
 Mellitus in illam Regionem Fidem redi-  
 xisset, Ethelbertus Rex Londini Eccle-  
 siam S. Pauli Cathedralem, quæ hodie  
 que stat, ædificavit. Justus in Provin-  
 cia Cantiorum Episcopus fuit, habuit  
 que Sedem in Civitate Roffensi, ad Oc-  
 cidentem, a Cantuaria viginti milliariis  
 jussit Ecclesiam S. Andreæ, atque has Ec-  
 clesias;

clesias, eamque, quæ Dorvernix vel Cantuariæ extructa fuerat, copiosis re- ditibus donavit. S. Augustinus veritus, ne Ecclesia nova perturbaretur, si vel brevissimo tempore sine Pastore esset, credidit, rigori Canonum sibi non esse inhærendum, & delectum sibi in Successorem Laurentium, hujus Missionis ab origine Socium, antequam e vita migraret, ordinavit Episcopum Cantuariensem. Obiit deinde 26. Maji, quo die Ecclesia ejus Memoriam colit, anno, ut conjectura est 607. & sepultus est Cantuariæ prope SS. Petri & Pauli Ecclesiam, tunc necdum perfectam; postquam autem dedicata fuit, Corpus ejus in Porticum, quæ Septentrionem spectat, translatum est, ubi etiam exinde Successores ejus sepulti. Beda S. Augustini Epitaphium refert in hæc verba: *Hic jacet Dominus Augustinus primus Archiepiscopus Doroverniensis, qui a Beato Gregorio Pontifice Romano missus, & Miraculorum operatione a Deo adjutus Regem Ethelbertum Populumque ejus ab Idolorum cultu ad Jesu Christi Fidem convertit, & postquam in Pace Ministerii sui tempus implevit, decessit septimo Cal. Jun. eodem Rege regnante.*

Sæculum VII  
A.C. 606.

c. 4.

c. 3.

*Mart. R. 26.  
Maj. v. Mab.  
tom. 1. Act.  
p. 532.*

Sæculum VII  
A. C. 607.

§. LVI.

*Bonifacius IV. Papa.*

*Anast.*

Romæ, cum S. Sedes ultra decem me-  
ses vacasset, electus est Bonifacius  
IV. 18. Sept. anno 607. Patriam nactus  
erat Valeriam in Regione Marforum Jo-  
annis Medici filius, & S. Sedem ultra sex  
annos tenuit. Is a Phoca Imperator  
petiit Templum, *Pantbeon* dictum, quod  
Diis omnibus esset Sacrum, quondam  
Agrippa Augusti Genero, cum tertio  
Consul esset, anno Romæ conditæ 753.  
ante Jesu Christi Nativitatem 25. ædifi-  
catum, & ab Imperatore Pertinace re-

*Inscr. Grut.*

paratum. Postquam igitur Bonifacius  
Papa illud a Phoca obtinisset, non mu-  
tato ædificio Ecclesiam esse voluit, atque  
honoris S. Virginis Mariæ & omnium Mar-  
tyrum dedicavit. Hæc Ecclesia etiam  
hodie sub nomine: *Domina Nostra in Al-*  
*tunda*, superest, & ab hac Dedicatione  
Festum omnium Sanctorum 1. Nov. quæ  
antea dies Jejunii erat, originem trahit.  
Hoc Festum exinde Romæ semper obse-  
vatum.

*Isid. de Eccl.  
Off. c. 39.*

S. Columbanus vel hujus Papæ ve-  
Antecessoris ejus auxilium expetiit & Pa-  
trocinium contra Gallos, qui ipsum  
Celebrationem Paschæ adhuc dum perse-  
quebantur. Missis ad Pontificem exem-  
plis descriptis epistolarum illarum, quæ  
ad S.

ad S. Gregorium scriptæ, eidem reddi-  
 tæ non fuerant, rogabat, ut sibi liceret  
 servare Majorum suorum Traditionem, si ea contra Fidem non pugnaret. *Vimus, inquit, in nostra, ut ita dicam, patria, cum Gallorum istorum Ritus non recipiamus, & in eremo degentes nemini molesti simus. Volumus pacem & concordiam Ecclesiasticam conservare, sicut S. Polycarpus cum Aniceto Papa; & petimus, ut secundum Canones a centum quinquaginta Patribus in Concilio Constantinopolitano conditos, Ecclesiæ inter Barbaros positæ Leges suas servare sinantur.* Hic videmus S. Columbanum antiquitatum Ecclesiasticarum non ignarum fuisse.

Sæculum VII  
 A. C. 607.

Ep. I. Col. t.  
 12. Bibl. PP.  
 Lug. p. 24.  
 Sup. l. III. n.  
 43. l. XVIII. n.  
 7. C. 2. Const.

§. LVII.

*S. Columbanus persecutionem patitur.*

Theodoricus Burgundiæ Rex S. Columbanum, cujus Monasteria in suo Regno erant, maxima veneratione prosequabatur, Senem sæpe invisebat, & ipsius se precibus demisse commendabat; cumque Vir Sanctus Principem objurgaret, quod Concubinas aleret, & non potius duceret uxorem Regiam, ex qua prolem legitimam susciperet, his argumentis permotus promisit, se pudendæ vivendi licentiæ renunciaturum. At vero Brunchildis, verita, ne, si Regina induceretur,

Jon. vit. S.  
 Col. c. 31. t. 2.  
 Act. Ben. p. 17

Sæculum VII retur, ipsa privaretur Auctoritate, qua  
 A.C. 607. in Regem nepotem valebat, in S. Abbe-  
 tem talia suadentem immane odium con-  
 cepit. Quadam die S. Columbanus in alio

(†) Bourche-  
 resse. quo loco (†) inter Cabillonum & Augu-  
 stodunum sito Brunehildem invenit,  
 illa Theodorici Liberos ex Pellicibus na-  
 tos accersit, quatuor enim habebat. S.  
 Columbanus interrogat, qui essent. Re-  
 spondet Brunehildis: *Sunt Regis Libe-  
 ri, benedictionem tuam eis impertire.* Vir  
 Sanctus dixit: *Sunt vetita libidinis fru-*

*Vit. S. Agilctus, non succedent in Regno.* Brun-  
 tom. 2. *Act.* childis hac Sancti libertate pejus irritata  
 misit, qui vicinis Monasterio hominibus  
 prohiberent, ne quemquam Monacho-  
 rum exire permitterent, iisque nec re-  
 fugium, nec ullum auxilii genus conce-  
 derent; jam etiam antea S. Columba-  
 nus Reginam offensam habebat, quia eam  
 Monasterium intrare volentem non ad-  
 miserat; nec id mirum, nam non femi-  
 nas modo, sed etiam omnes Sæculares  
 arcebat. Nihilominus S. Vir fœminam  
 mitigaturus Epesium, arcem inter Sem-  
 rium & Montemregium sitam, ubi e-  
 cum Rege Nepote tunc versabatur, pro-  
 fectus est. Illuc pervenit sole occiden-  
 te, edixitque, nolle se ad Regiam di-  
 vertere. At Rex timens, ne iram Dei  
 in se provocaret, jussit omnia, quæ ad  
 cœnam erant necessaria, Regio cultu pa-  
 rari

rari, & ad S. Viri hospitium mitti. S. Sæculum VII  
 Columbanus videns exquisitas epulas in- A. C. 609.  
 ferri, quæsit, quid hoc esset. Respon-  
 dent: *Hæc tibi Rex misit.* Ille rejectis  
 cibus dixit: *Scriptum est: Victimæ im-*  
*piorum abominabiles Domino!* Os Servo- *Prov. 15. 8.*  
 rum Dei non polluatur cibus illius, qui  
 eos non solum ab aditu suæ Domus, sed  
 etiam aliorum removet. S. Viro hæc  
 verba proferente, vasa in frustra diffiliunt,  
 vinum & cerevisia in terram funduntur,  
 disperguntur epulæ. Ministri viso por-  
 tento pavidi rem ad Regem deferunt, qui  
 die postero cum Regina Avia sua S. Ab-  
 batis Diversorium adiit, veniam petens,  
 & promittens pœnitentiam; cum vero  
 postmodum promissa non præstarent, da-  
 tis ad Regem litteris lasciviam exprobrat,  
 minaturque Excommunicationem, nisi  
 pristinae vitæ probum auferret. Tunc  
 vero Brunehildis collecta a longo tem-  
 pore ira exardens Regem denuo in San-  
 ctum Virum excitavit, coëgit Optima-  
 tes, imo & Episcopos vindictæ cupidi-  
 tati, qua flagrabat, servire, & qualem-  
 cunque demum errorem in ipsius Regu-  
 la vituperare. Fortasse Episcopos ob di-  
 sceptionem de celebrando Paschate S.  
 Columbano jam prius infensos habuit.  
 Igitur Rex Luxovium delatus quereba- *Sup. n. 43.*  
 tur, quod Columbanus a consuetudine  
 aliorum in illa Provincia Monachorum  
*Hist. Eccles. Tom. VIII.* R r disce-



Sæculum VII discedens, non omnibus Christianis Mo-  
 A.C. 609. nasterii sui aditum patere vellet. S. Ab-  
 S. Columba- bas respondit: *Sufficit, quod ad excipien-*  
 niVaticinium *dos omnis conditionis hospites Cellas par-*  
*tas habeam.* Cumque Rex usque in Re-  
 fectorium penetrasset, Vir Sanctus ad-  
 didit: *Si ideo huc venisti, ut Congre-*  
*gationes Servorum Dei & Disciplinam Mo-*  
*nasticam subvertas, nos quidem auxili-*  
*tuo & Beneficiis carebimus, sed Regnum*  
*cum tota Stirpe tua excindetur.* Rex me-  
 narum atrocitate perterritus celeri gre-  
 fu recedebat, & S. Columbano ad hec  
 plura exprobranti dicebat: *Speras, te ce-*  
*ronam Martyrii a me accepturum; sed*  
*non adeo insanus sum. Quia autem tua*  
*vivendi ratio a nostris moribus nimium*  
*quantum abhorret, illuc, unde ad nos ve-*  
*nisti, revertere.* S. Columbanus dixit,  
 non abiturum se ex Monasterio suo, nisi  
 Fred. c. 36. vi compelleretur. Rex eum Vefantio-  
 nem relegavit, unde, cum viri Reve-  
 rentia eum arctius custodire prohiberet,  
 egressus ad suum Monasterium rediit.  
 Hæc anno circiter Theodorici de-  
 cimo quanto, id est, 609.  
 contigerunt.

